


GAUDEO

642



John Carter Brown.

BOUND BY HAYDAY FOR STEVENS 1849

03398

CHRISTOPHORI A COSTA, MEDICI ET CHEIRVRGI,

Aromatum & medicamentorum in Orientali Jndia naſcentium

LIBER:

VRIMVM lucis adferens iis quæ à Doctore GARCIA DE ORTA in hoc genere ſcripta ſunt:

ROLI CLVSII ATREBATIS *operâ ex Hiſpanico ſermone Latinus factus, in Epitomen ontractus, & quibuſdam notis illuſtratus.*

ALTERA EDITIO, caſtigatior & auctior.



ANTVERPIÆ,
x officina PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.
M. D. XCIII.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. Wilhelmo Landgrauio Haſſiæ, Comiti in Catzenelnbogen, Dietz, Zingenhain & Nidda, &c.

Carolus Cluſius A.

PRODIIT in lucem ante bienniũ, Illuſtriſſime Princeps, CHRISTOPHORI A COSTA Bur-
enſis in Hiſpania Medici liber,
omatum & ſimpliciũ quorun-
am medicamentorum in India
aſcentium hiſtoriam comple-
ẽs. Eum ſuperiore anno in Bri-
nnica mea peregrinatione ami-
cuiuſdã operâ nactus, non mo-
ò auidè percurri, ſed vtilitatem
iam allaturum cenſui iis qui

Hiſpanici ſermonis ignari ſun
ſi Latinum facerem. Quam ſan
prouinciam vt ſuſciperem, im
pulit me natura, quæ ſimiliur
rerum cognitione mirificè ſen
per oblectata fuit.

VERVM, cùm totam hiſto
riam cum iis quæ GARCIAS A
ORTA multis antè annis in eo g
nere commentatus eſt, diliger
tiùs confero, pleraque ferè omn
ex illis deſumpta eſſe depreher
do. Quamobrem & inanem fc
re laborem, necnon lectori faſt
dium pariturũ exiſtimaui, ſi, qu
in Aromatum hiſtoria GARCI
exſtant, hîc retexerem.

SERIEM itaque capitum im
mutans, quæ admodum confu
erat, & totum opus in Epitome
cor-

ontrahẽs, ea dumtaxat latio do-
aui, quæ apud GARCIAM non
xſtare, aut paulo aliter ab eo de-
ribi animaduerti.

ICONES præterea, quas ad
uum expreſſiſſe paſſim gloria-
s, ſuis locis inſperſerat, reieci,
ioniam planè ineptæ eſſent, &
hil minùs, quàm legitimas ſtir-
s referrent: vti ex vnica Caryo-
yllorum arboris effigie (quam
circo intuli, vt cum legitima,
ARCIÆ adiecta, conferre li-
at) quilibet iudicare poterit.

QVIBVSDAM inſuper notis
nnulla capita illuſtraui, vt in
c genere ſoleo, præſertim cùm
id ſimile, vel etiam diuerſum
ad alios Auctores legere me-
ni, aut ipſa experientia didici.

TENVEM porrò hunc labo-
rem Illuſtriſſimã V. C. benignè
ſuſcepturam certò ſtatuens, ip-
ſius nomini conſecrare non ſum
veritus, cùm quòd βοτανικῷ ſtudio
ſummopere delectetur, tum vt ali-
quod ſaltem grati mei erga ipſam
animi ſpecimen exſtaret, pro ſin-
gulari illa, qua me proximè Ca-
ſellis excepit, humanitate, atque
inſigni, qua diſcedentem proſe-
quutus eſt, munificentia.

DEVM autẽ opt. max. oro, vt
Illuſtriſſimę V. C. omnia proſpe-
ra elargiri dignetur. Viennæ Au-
ſtriæ, Cal. Ian. M. D. LXXXII.

CHR

HRISTOPHORVS A COSTA CHRISTIANO ET PRVDENTI LECTORI.

OMNES homines ſcire deſiderant, inquit Philoſophus principio Metaphyſices. Tanti apud me fuerũt põderis ea verba, beneuole lector, vt, relicta patria, per varias regiones & prouincias, ſapientes & curioſos quærere inſtituerim, à quibus ſingulis die-
s aliquid noui ediſcere poſſem: quemadmodum
n fecerũt multi prudentes viri, referẽte D. Hie-
ymo in Bibliorum præfatione ad Paulinum.
CVPIDVS itaque fructum aliquem colligen-
x meis longis peregrinationibus, cura fuit, vt
erſis in regionibus & prouinciis, plantarum,
s Deus ad humanam ſalutem creauit, varieta-
obſeruarem.
PORRO in Orientali India, in D. Garciam de
ta, Medicum Luſitanum incidi, virum grauem,
& excellentis ingenij, cuius laudes prætereo,
niam tantæ ſunt, vt cùm multas enumeraſſe
ſtimarem, multo plures me ſubterfugerent.
SCRIPSIT is librum Luſitanico ſermone,
titulum fecit, *Colloquia de Simplicibus, Aroma-
s, & Medicamentis Indiæ, tum de quibuſdam
ctibus iſtic naſcentibus*. Vt autem eo libro de va-
medicamentis, plantis, & aliis rebus humanæ
ti neceſſariis agit: nonnulla etiam vſibus hu-
nis inutilia attingit, Dialogiſmorum natura
oſtulante, vbi collocutores plerunque diuer-

tere, & extra ſepta ferri conſueuêre. Sed & plur
mi errores paſſim occurrunt, quos tametſi Auct
ris exiſtimatio & laus ipſi tribuendos minimè p
tiatur, ſed typographi & operarum (quæ in ciu
tate Goa, vbi ille ſcripſit, non adeò cultæ & exp
litæ inueniuntur vt in his regionibus) potiùs neg
ligentiæ: lectori tamen moleſtiam & tædium p
riunt. Aliud prætereà libro deeſt, quo minùs om
nibus numeris abſolutus cenſeatur, nimirum p
cturæ & plantarũ, de quibus agit, effigies: quas gr
uioribus & maioris momenti, vt credibile eſt, r
bus occupatus, inſerere non potuit.

CETERVM noſtris hominibus eum librum
multum profuturum exiſtimabam, ſi ad earum r
rum, quæ in eo bonæ continentur, notitiam pe
ducerentur, ſubiectis ob eorum oculos exẽplis &
picturis: neminem autem id facilè præſtare poſſe
niſi qui eas ſuis oculis conſpexiſſet, & expertus e
ſet. Itaque patriæ prodeſſe cupiens, & in meos pr
ximos amore compulſus, eum laborem in me re
cipere, & ſingulas ſtirpes integras ad viuum expr
mere conſtitui, multis aliis rebus additis, quas ipſ
conſpexi, Doctor verò de Orta ob iam dictas cau
ſas non potuit.

NON me fugit quanto me periculo exponam
præſertim hoc ſæculo, quo hominũ nequitia plu
rimum imperat, & ea plerunque reprehendere ſo
let quæ non intelligit. Sed id me conſolatur, quò
plurimos ſapientes viros eodem vado trãſiiſſe cer
tum ſit: quos ſi eiuſmodi metus deterruiſſet, mult
hodie ignoraremus, quæ ſumma induſtria, ingeni
felicitate, & diligẽtia, in bonarum literarum com
modum poſteritati reliquerunt.

ET licet cum iis minimè ſim cõparandus, mea

qu

ue audacia eo maior appareat, quòd de nonnul-
s erroribus agere inſtituam, qui inter Gręcos, Ara-
es, & Latinos circa plantarum & aromatum cog-
itionem commiſſi ſunt, partim eorum negligen-
a, partim etiam quòd illorum medicamentorum
atales conſpicere non potuerint, ſed ex incertis
iorum relationibus dumtaxat exceperint: venia
men non indignus cenſebor, ſi de his, quæ meis
culis conſpexi, certiſſima & veriſſima hoc libro
omprehendere coner.

Vt verò hunc laborem ſuſciperem, gloriæ cu-
do non me impulit, aut vt doctrinæ maior laus,
iàm mereor, mihi tribueretur: ſed vnicus mihi
opus fuit, vt tuis commodis ſincerè inſeruirem.
ertò autem mihi perſuadeo, etiamſi vtilitatem
inùs fortè laudes, boni tamen conſulturum dili-
ntiam & laborem, neque improbaturum meum
imum, qui tam longis & variis peregrinationi-
s ea conſpicere voluerim, quæ alij ex ſolo audi-
deſcripſerunt.

Nec inficias eo, quin hæc elegantiore ſtilo tra-
queant: verùm certam veritatem expolitis ver-
s longè præferendam eſſe cenſeo. Eam ob cau-
n te rogo, meam voluntatem, vti decet, excipias,
que operis exiguitate mouearis: nam licet mo-
exigua ſit, magna tamen in eo continentur.
uòd ſi quædam occurrent, quæ tuo palato non
ideant, ea tanquam prudens omittito, & illud
gitato, me tibi ſoli non ſcribere, totque eſſe opi-
ones quot ſunt homines: namque fieri poterit,
quæ tibi ingrata erunt, alij probent. Id ſi ef-
eris, curabo vt alium maiorem librum in me-
um proferam, reliquas herbas, ſtirpes, fructus,
s, animaliaque cùm terreſtria tum aquatica,

quæ in illis prouinciis, tum etiã in Perſide & Chi-
narum regione inueniuntur, hactenus ad viuum
non expreſſa, & de quibus parum admodum ſcri-
ptum eſt, complectentem: alia item obſeruation
digna, quæ tibi forſitan magis arridebunt.

FINEM itaque faciam, in omnibus doctorum
virorum & candidi lectoris cenſuræ me ſubiiciens
qui ea dumtaxat quæ norunt, aut quæ decet, repre-
hendere ſolent. Eos verò qui inuidiæ ſtimulis agi-
tati contrarium facient; obſecro vt ſumpto calam
primùm aliquid ſcribant quod in lucem profe-
rant: tum demum enim intelligent, quanto faciliu
ſit carpere, quàm bene ſcribere quod omniũ ocu-
lis exponendum eſt. VALE.

CHRISTOPHORI A COSTA Aromatum liber.

De aloe.

F OLIORVM *Aloës vſus familiaris admodum eſt ad aluum purgandam in* Foliorum Aloës vſus.
prouincia Malabar; exhibenturq́; ſine Malabar
metu non modò pueris, ſed etiam grauidis mulieribus in hunc modum: prouincia.

FOLIORVM *vnciæ tres in fru-* Foliorum
ſectæ, additis duabus drachmis craſſioris ſalis, lento mi- Aloës confe-
ignе coquuntur donec feruere incipiant, colantur, co- ctio ac doſis.
uræ additur ſacchari vncia vna, totaq́; nocte ſub dio re-
quitur; poſtridie manè circiter ſextam propinant frigi- Eam ſumē-
m iſtam aquam ei quem purgare volunt, ſomnoq́; abſ- di ratio.
ere iubent, deambulationem verò per cubiculum per-
ittunt, vt celeriùs medicamentum operetur: tribus dein-
horis ab aqua hauſta, quatuor vncias iuſculi gallinacei
m aliquot granis Maſticis exhibent: poſt horam edit, &
it vinum dilutum. Porrò augetur vel minuitur doſis fo-
rum & colaturæ pro illorum, qui id medicamētum ſum-
ri ſunt, natura & viribus: neq; minùs familiaris eſt hæc
rgandi ratio (præſertim delicatulis) quàm Manna aut
nnæ fiſtulæ recens pulpa; &, quod magis mirum eſt, re-
ua officinarum medicamenta præ iſto reſpuant.

CETERVM *eodem ordine, quo nos in Europa, In-*
i Medici purgantia medicamenta exhibere ſolent, ſiue
idioris, ſiue liquidioris ſint ſubſtantiæ, videlicet ipſa auro-
& deinde quinq; horis ab eſu, potu, & ſomno abſtinent.
uo tempore ſi non purgabitur æger, ex Auicēnæ præcepto 4. Primi.

Maſti-

Quę poſſunt id medicamentū etiam iuuare.

Maſtiches drachmas duas ſtillatitia roſarum aqua diſſo[lu]tas ad roborandum ventriculum dant, aluumq́; inungu[nt] bubulo felle, lineosq́; pannos felle madentes ventri imponi[t] ad proritandam expultricem facultatem, ſi neceſſe ſit. [Si] verò bene purgabitur, poſt quinque illas horas à ſumpto m[e]dicamento, tres vncias iuſculi gallinacei tepidi exhiben[t] præterea nihil: deinde vt aliquantulum dormiat permittū[t] & paululum aquæ roſaceæ bibat: etenim à ſomno ſubſeq[ui] ſolet commoda purgatio, atque plurimum roborari aſſer[unt] facultates naturales iuſculo illo, ſomno & aqua roſace[a]. Nam ſi liberalior permitteretur paſtus, naturalis facult[as] in eo concoquendo occuparetur, tardioremq́; purgatione[m] moliretur.

H I C *eſt vſitatior medicandi modus inter eruditior[es] Medicos illarum Prouinciarum, qui rationi maximè con[ſentaneus] eſt: etenim fel foris adhibitum ſolutiuum eſt, ir[ritando] expultricem facultatem. Carnium verò eſus no[n] conceſſus fulcitur auctoritate Auicennæ.*

223. tract. 2. cap. 23.

* Aloës porrò facultates ex Dioſc. & Galeno petenda[e], quas quidem Auctor Hiſpanico ſermone, ſed non ſatis fide[li]ter reddidit.

D E O P I O.

Opij vſus vbi & cuinā rei commodus.

V V L G A T I S S I M V S *eſt apud Aphricanos e[t] Aſiaticos Opij vſus: & eius eſui ita aſſueuerunt, vt etiā ab[ſti]nere nequeant ſine manifeſto vitæ diſcrimine. Id ipſa ex[pe]riētia comperi dum Indico mari in Luſitaniam redirem. Etenim eadem naui vehebantur captiui Turcus quidam natus in Aden, & alij cùm Turci, tum Perſæ & Arabes qui clàm aliquantulum Opij ſecum detulerant, quo pro[p]ter penuriam veluti medicamento vſi erant. Eo abſum[p]to, Turcus ille Adenſis ad me, Heus tu, inquit, quandoqui[dem] curandorum ægrorum in hac naui prouincia tibi data eſt, certò ſcias, niſi mihi & meis ſodalibus Opium prębue[ris]*

s, biduum nos non ſupervicturos. Cùm verò negarem
piũ me habere, reſpõdit: Illud ergo eſto vnicũ remedium,
o nos, qui Opij eſui aſſueuimus, liberari queamus; ſi ſin-
lis diebus manè vnicuique puri vini hauſtum propines,
et nobis admodum arduum ſit & tædioſum, quòd noſtræ
i aduerſetur: ſed quoniã noſtra ſalus ex eo depẽdeat, ne-
ſſariò ferendũ eſt. Ex illius itaq; præſcripto vinũ omnibus
di, liberatiq; ſunt, & intra menſis ſpaciũ, vinum ampliùs
ſtare noluerunt, nec illis obfuit Opij defectus, cuius vſus
m in deſuetudinem abierat: imò cùm illis deinde & vi-
m & etiam Opium dare vellem, neutrum cupiuerunt.

DE LACCA.

LACCAM verò in puluerem redigere ſolent eius re- mis incolæ, deinde colliquare adimiſcereq; quem cupiunt orem, rubrum, viridem, nigrum, luteúmve; poſtea vel in cillos tenues conformant, quales ſunt qui in Hiſpanias feruntur ad obſignandas literas; vel in maiores & craſ- res, ad vſus mechanicos. Nam qui torno lecticas, ſedes, l alia quæuis ex ligno cõficiunt, ſi colore inficere cupiunt, ent ea in torno verſare, craſſioresq; bacillos Laccæ admo- re, qua celeri illo motu liqueſcente ligna elegantem Lac- colorem recipiunt multis annis durabilem. *Laccæ conficiendæ ratio.* *Eius vtilitas.*

AVRI fabri autem & argenti fabri vaſa ſua vacua t firmiora elegantioraq; reddant) Laccæ puluere implere ent, eaq; deinde igni admouere, vt Lacca liqueſcat, po- emò refrigerari ſponte ſinunt, vel aqua immergunt.

CETERVM adulteratur interdum reſina & cera: adulterium facilè deprehenditur ex odore & mollitie, ſi ngatur aut vratur. *Quomodo adulteretur.*

PORRO Laccam non eſſe Dioſcoridis Cancamum, Serapio arbitratur, Amatus Luſitanus Commentariis primum librum Dioſc. enarrat. 23. probè annotauit, vbi o Laccæ genera deſcribit his verbis: *Lacca nõ eſt Dioſcoridis Cancamum.*

QVI-

Cancamum à Lacca dignoſcendi ratio.

QVICVMQVE *Cancamum Laccam eſſe putar mirè errare deprehendũtur: cùm Cancamũ gummi od ferũ ſit, Lacca verò ſiue commãſa, ſiue ſuffimentis expet inodora percipiatur: quam hodie Luſitani ex India adfe rubram, tranſlucidam, tincturis præcipuè deſeruientem ex ea Officinæ compoſitionem quandam præparãt, Dial cam appellatam) quæ, vt certò ſcimus, nõ gummi, aut ar ris plantæve alicuius gutta eſt, ſed potiùs formicarũ ala rum ſtercus fauagóve, velut cera apum, &c. Et paulo p*

Dialacca.

Lacca artificialis.

EST *verò alia Lacca artificialis, quam infectores p norũ vendunt, quæ ex fæce Braſilij, Verzinij dicti, & C reſultat: qua pictores pro conficiendo colore rubro obſc maximè vtuntur. Hãc verò Serapio ineptè admodum c prima confundit Lacca: vnde hodie multi impudentiſſi errore, Serapionis authoritate ſeducti, eam in compoſiti Dialaccæ miſcent.*

Eius vſus.

DE CAPHVRA.

Tabellæ ex Caphuræ ligno confectæ.

HABVI *tenues admodum fritilli tabellas, cũ pyx qua adſeruabãtur, ex Caphuræ ligno confectas, vti ex o re facilè deprehendi poterat: nunquam tamen Cãphor exſudabant; at ſi manibus tractarentur, ſolummodo Ca phoræ odor in eis maior ſpirabat.*

Caphura de Burneo preciosior Chinenſi.

Cate.

Bar.

PORRO *Caphura de Burneo cùm multo pluris æ metur, præſtantiorq́ ſit Chinenſi; per Cates (eſt verò C põderis genus viginti vncias pendens) vẽditur, Chinenſis tem per Bares, eſtq́ Bar põdus circiter ſexies cẽtenas lil pendens. Valet etenim eius, quæ ex Burneo aduehitur, li vna, quantum Chinenſis centenæ libræ.*

Rex Chinarum potentiſſimus.

CVM *itaque illius tam vile ſit pretium, planè ex denda eorum eſt opinio, qui illam à Rege Chinarum ad terari arbitrantur, quandoquidem vnus ſit ex potentiſſi totius orbis Regibus: de quo eiusq́ prouinciis ſi quis ſer nem inſtituere cuperet, magnum volumen conſcribat op*

tet

eret. Nam ſi regni amplitudinem, incolarum frequen-
am, politiæ & gubernationis excellẽtiam, & diuitias ſpe-
es; nullum aliud in vniuerſo orbe eſt Imperium quod cum
hinenſi cõparari poßit. Et haud ſcio an quiſpiã tam confi-
ntis ſit ingenij, vt eorum, quæ iſtic excellentia, & perpe-
a memoria digna ſunt, hiſtoriam conſcribere adgredi
deat, cùm omnia longè famam relationemq́; omnem
perent. Si quis tamen partem infinitatis eorum, quæ in
hina obſeruanda ſunt, ſcire cupit; legat librum quem de ea
nſcripſit Reuerendus pater Gaſpar de Cruce, Dominicani
dinis monachus.

Regni præſtantia.

Gaſpar de Cruce, Chinenſis hiſtoriæ auctor.

Vt verò è multis mercibus, quæ ex Chinarum regione
luehuntur, paucas perſtringam, ſunt argentea vaſa diuer-
generis, ſumma arte & diligentia elaborata; omnis præ-
rea domeſtica ſupellex, vti lecticæ, ſpondæ ſeu lectuli ad
cumbendum ex argento ſculpto & diligenter elaborato:
axima quantitas ſericei fili, ſericeorumq́; pãnorum, plu-
mum aurum, moſchus, vniones, argentum viuum, æs, mi-
um, murrhina vaſa plurima, quorũ nonnulla duplo æſti-
antur argenti pondere, & pleraque alia cùm ad huma-
s vſus neceſſaria, tum ad luxum & ornatum. Ego ſa-
inde habui binas thecas ex ſolido argento cum omnibus
ſtrumentis chirurgicis maioribus & minoribus, vt ſunt
uteria, ſpecilla, malleoli, &c. ex argento cõfecta & exor-
ta tanto artificio, quanto ab vllo argenti fabro deſide-
ri poſſet.

Merces quæ ex Chinarũ regione aduehuntur.

De manna.

Præter ea Mannæ genera quæ à doctiſſimo ab
rta deſcripta ſunt, aliud in Ormuz venale conſpicitur,
uod in varias Indiæ prouincias defertur, quódque glebis
ulo maioribus conſtat quàm Calabrina, neque ita candi-
t: id valẽter purgat; & quoniam magis ſolutiuum eſt re-
uis generibus, minorisq́; eſt pretij, vulgus præfert, eóque
urimum vtitur. Diligẽtiſſimè autem ab humiditate con-
ſeruari

Mannæ genus in Ormuz venale.

Eius facultates.

Eius conſeruandi ratio. *ſeruari debet, alioqui facilè corrumpitur. Compoſitum au-tem eſſe medicamentum, ſic deprehendi.*

Cochin ciuitas. MVLTVM *eo vtebatur Medicus quidam Brachma-nes, meus familiaris, degens in ciuitate Cochin, atque ſum-mè à bonitate commendabat, negans pretij vilitatem im-minuere eius præſtantiam; vilioris ideo pretij æſtimari, quo-niam maior quàm reliquorum generum illius inueniret-quantitas. Cùm verò compoſitum aliquid mihi videretur, ſuſpicari cœpi illum id in ſuis ædibus conficere: ſemel enim reſciueram omnino Manna eum carere, paulo verò an-mihi dixerat ex Ormuz ad ipſum aduehi, paucis tamē in-teriectis diebus maximam illius recentis mihi oſtender-quantitatē, cùm & hiems eſſet, nullæq; naues vltro citro-nauigarent. Tandem bonus Brachmanes (accepta à me ſi-lentij fide, quòd in illis ſaltem prouinciis eum minimè pr-diturus eſſem) faſſus eſt à ſe cōponi ea, quam in Perſia o-ſeruarat, ratione, videlicet, Amylum candidum & puriſ-mum, Mannam cuiuſcumque generis, ſed præſertim q-Calabrinā æmulatur, Scammoneam & ſeminis genus I-ſa dictum, quod ex Bengala aduehitur, quodq; Lathiri-grano ſimile eſt, (iniecto interdum polline radicis cuiuſda-cādidæ lacticinæ, cui nomē* Dante*) cū Saccharo, pauxilla-aliqua odorata aqua permiſcebat, ſoliq; exponebat.*

Eius mannæ compoſitio.

Dante.

Māna adulteratur. MANNAM *autem adulterari nihil mirum, quand-quidem & lapides Bezahares tanto artificio in Ormuz-in vrbe Cochin prouinciæ Malabar, vbi Rex degit, adult-rantur, vt legitimi appareant, fallātq; etiam maximè e-pertos in iis dignoſcendis, prima ſuperficie; quæ niſi frang-tur, vix à legitimis diſcerni queant.*

DE TABAXIR.

Tabaxir hiſtoria. Mambu. INVENIVNTVR *interdum hæ arbores ſiue aru-dines vocatæ* Mambu, *in quibus naſcitur* Tabaxir, *tan-amplitudinis & craßitiei, vt ex ea cymbas faciāt, quæ bin-*

vir

[.]iros capere poſſint, non quidem illas excauantes, ſed relictis [ſo]lùm duobus vtrinque internodiis per medium ſecantes. [C]onſcendere verò ſolent ſimiles cymbas bini Indi, iique nu[di] (nam nudos incedere illis in regionibus moris eſt) ſedé[n]tq; ſinguli in eius extremitatibus, iunctis cruribus, tenen[te]ſq; ſingulis manibus remos trium aut quatuor palmorum [lo]ngitudinis, quibus eas cymbas impellunt tanta dexterita[te], vt etiam aduerſo rapidoq; flumine ſumma celeritate [na]uigare poſſint, quemadmodũ meis oculis corſpexi in flu[m]ine Cranganor, in quo plurimus eſt vſus cymbarum ex [ha]c arundine confectarum, quoniam qui eis vehuntur, ſe[cu]riores ſeſe exiſtimant à Crocodilis, quos illi Caymanes [vo]cant, magno numero in hoc flumine verſari ſolitis. Nam [cu]m ferociſſimi ſint, ſæpenumero in naues maiuſculas & [mi]nuſculas impetum facere ſolent, vt eos, qui illis vehun[tur], apprehendant. Si enim aut in flumine aut in littore [ho]minem, bouem, bubalum, aprum, porcum, aut quodcum[que] tandem aliud animal comprehendere poſſint, illico de[uor]ant. Indigenæ autem affirmant nunquam compertum [eſſe], vt eos, qui cymbis ex Mambu confectis vehuntur, ap[prehend]ant, ſed ſæpenumero conſpectos eſſe natantes proximè [...], attamen præterire ſine noxa.

Eius vtilitas.

Cranganor flumen.

Crocodili. Caymanes.

De Elephante.

MINISTERIVM præſtant Elephanti non modò in [ue]hendis oneribus, & bellicis tormentis è loco in locum [tra]mutandis, ſed etiam in muniis aliis domeſticis. Pro[bo]ſcide verò (qua veluti manu vtuntur) onera craſſo fir[mo]q; fune colligare ſolent: funem verò ore apprehenden[tes], eum ſannis ſeu dentibus quos exertos habent, quoties [opus] eſt circumuoluunt, deinde onera ſublimia in aëre fe[runt], aut trahunt, ſi nimium grauia ſint, tanta dexteritate [& a]ttentione, (præſertim ſi iis contineãtur res fragiles, & [e]ffundi poſſint) vt huiuſmodi res requirunt: nec, cùm

Elephantum miniſterium & hiſtoria.

ſemel iter confecerunt, viæ demonſtratore ampliùs opu habent; tanta ſunt memoria præditi. Interdum etiam in bellum producuntur frontem & pectus armati equorũ cataphractorum more, multis appenſis tintinnabulis ad pectus & cingula ſeu lora, quibus lignea caſtella ipſis impoſita conſtringuntur: & præter milites omni armorum genere instructos caſtellis incluſos, ſinguli peculiarem ſuum rectorem vehunt, ipſorumq́ ſannis enſes ſiue falces alligantur, quibus hoſtes feriant & profligent: at ſi vulnerentur timidi & furentibus ſimiles ſeſe obuertunt, atque ſuorum met ordines plerumque perturbant.

PLINIVS *lib. 1. multis locis plurima de Elephant memoratu digna refert: at nos nonnulla hîc deſcribemu magis fide digna.*

Elephantes ſe mutuo intelligunt.

Aliquando loquuntur.

VVLGARIS *opinio eſt in prouincia Malabar, Elephantes mutuo ſe intelligere. Loquutum autem aliquand in vrbe Cochin (quæ illius prouinciæ nobilis ciuitas eſt) publico teſtimonio conſtat hoc modo.*

ELEPHAS *quidam in littore maris vrbi vicino laborare ſolitus, iamq́ laboribus feſſus, domum redire properabat, vt quieſceret: Præfectus verò illius vrbis orabat vt in labore pergeret, atque liburnicam, quam iam commouer inceperat, in mare traduceret: renuentem Elephantũ Præfectus denuo compellare, blandisq́ verbis demulcere cœpit id in ſuam gratiam faceret, ita enim decere, quãdoquidem in ſeruitium eſſet Chriſtianiſſimi Regis Luſitaniæ. Elephãtus hæc duo verba proferens,* hoo hoo *(quæ lingua Malabarica, vulgari & vſitata in ea prouincia è qua Elephas oriundus erat, ſignificant, volo volo,) ad liburnicam rediit eamq́ in mare impulit.*

IDEM *cùm ipſius rector hora conſtituta cibum illi non præberet, de mora conqueſtus eſt: rector verò id accidiſſe aiebat, quòd lebes, in quo cibum illi coquere ſolebat, pertuſus eſſet, proinde ad cacabarium deferret reſarciendum. ſe cui*

*n elephas : cacabarius negligentiùs reparat : rector ele-
ntum obiurgat, & contumelioſis verbis afficit, atque ad
abarium cum lebete remittit vt diligentiùs reſarciat:
erò de induſtria lebetem reparare ſimulans, rimam au-
, & elephanto reddit; qui lebetem promuſcide ſumens ad
men defert, & aqua implet; quam dum effluere conſpi-
magis pertuſum eſſe lebetem intelligit, & ante cacaba-
ædes refert magno barritu intonans : concurrunt Regio-
n negotiorum Præfectus & alij multi: cacabarius, blan-
verbis veniam ab elephanto petens, lebetem probè repa-
, eiq́ reſtituit: ille verò minimè fidens, in omnium con-
ctu ad flumen redit, aquamq́ haurit; quam dum videt
effluere, lebetem oſtendens adſtantibus, quaſi ipſos rei
tæ teſtes eſſe cuperet, ad rectorem ſuum refert.*

NATVRA *gratus eſt, beneficiorúmque memor, nec* Elephanti beneficiorũ memores.
*quam nocet niſi iniuria affectus, aut dum certo morbo
ripitur quo veluti in furias agitur, quod ſingulis annis* Elephantorũ morbus.
*i ſolet: tum enim nemini parcunt elephanti, ſed obuium
mque proterunt.*

ACCIDIT *in vrbe Goa, in qua legati Regis Luſita-* Goa vrbs.
*, qui regiã poteſtatem obtinent, degere ſolent, vt vnus ex
hãtis, qui iſtic ad Regis ſeruitia alũtur, huiuſmodi mor-
orreptus, vincula & catenas (nam ſolent ferreis catenis
ringi, & loco quodam concludi donec morbo liberentur)
umperet, & per vrbem vagaretur; fugientibus verò om-
s, mancipium quoddã in vlnis filiolum geſtans in pla-
obuiam habuit, quod cõſpecto elephanto exterritum ad
ædes celeri curſu cõfugit; quas vt aperiret, filiolum hu-
nte ianuã exponit, moxq́ ædes ingreſſum ianuã occlu-
ræ metu filioli oblitum : elephas puerũ conſpiciens, pro-
cide leniter ſubleuans, in proximum humile tectum,
è regione iſtarum ædiũ erat, collocat, atque aſpicit an
iſtic ſine dãno cõſiſtere queat, deinde furibundus vlte-
progreditur: beneficij memorẽ, tametſi furẽs, ſeſe oſten-*

dit hic Elephas, qui puerum non necauit, ſed agnouerit
lium mulieris eſſe quæ eas ædes inhabitabat, quæq; illi
aliis domeſticis elephantis, quotieſcumque iſtac tranſire
panem aut fructus dare ſolita erat: nam huiuſmodi cibos
alia edulia ante ſuas ædes venalia exponebat.

ALIVD gratitudinis exemplum referam. In eiuſde
vrbis foro vagabatur huiuſmodi furiis correptus elephas:
quidã æger, effugere cupiens, pronus cadit; elephas mini
ei nocens promuſcide comprehendit, & in ſcamno quoda
deponit. Aiebat hic vir, eodem loco, illi ipſi elephanto, ant
Iaca fructus. quã in morbum incideret, magnum quendam fructũ Ia
incolis appellatũ (de quo nos inferiùs) ſua manu præbuiſſ

APVD vrbem Cochin elephas quidam huiuſmodi f
riis agitatus in lacuna quadam hærebat, ad quam cùm fe
tè acceßiſſent inopinanter nonnulli pueri, Elephante co
ſpecto omnes diffugerunt, præter vnum qui iſtic perſtit
eum accedit Elephas, adblandiens quodammodo, & pr
muſcide demulcens, leniter eum corripit, ſuoq; dorſo im
nit, & per lacunam exſpatiatur, deinde illum reponit q
apprehenderat loco veluti lætabundus. Cùm ea quæ ipſi a
cidiſſent puer narraret, multi viri eum comitati ſunt:
procul à lacuna remanentes, arbores conſcenderũt, vt è i
to ſpectarent quid ageretur. Puerum propiùs accedent
elephas velut antè corripit, dorſoq; imponit, & exſpatiat
Id ſæpius à puero eſt repetitum, donec blãdis verbis (que
admodum edoctus fuerat) elephantum denuo manſueti
redderet, & in vrbem pelliceret.

ANTE verò quàm huiuſmodi ægritudine & amo
furore corripiantur Elephanti, eos ſui rectores in agros d
ducere, atque iſtic validis firmiſq; catenis ferreis conſtri
Morbi ſiue furoris indicium & remedium. gere ſolent: furoris enim indicium agnoſcũt ex quadã ol
ſa materia, quæ ex illorum auribus effluit. Medicantur a
tem huic ægritudini ipſorum rectores, grauiter illos obi
gando, & rationibus demonſtrando (probè etenim audi
& i

intelligunt) vilis & degeneris eſſe animi ob amorem ita furias agi : deinde certa quædam medicamenta illic vſita adhibent. Maxima eorum caſtigatio eſt, grauibus verbis illos obiurgare; tametſi interdum anteriores pedes ſublere eos iubeant, plantasq́ cum hamulis feriant, dicentes ſe eos vti pueros caſtigare ob ſtultitiam.

Ex venerea porrò illa furia, quæ ſingulis annis elephātos vexare ſolet, ratiocinantur nōnulli annuo ſpacio vterum geſtare elephantos feminas: nihil enim certi, ipſorum rectores & alij gentiles, diligenter à me interrogati, de partus tempore proferre potuerunt. Aelianus autem atque alij, ſeſquiennio vel biēnio vterum geſtare putant. Affirmant verò incolæ, ſingulos elephantos peculiarem̄ habere feminam, nec alijs commiſceri, imò ne cum ſuis quidem feminis, poſtquam illas grauidas deprehendunt.

Gloriæ auidi ſunt elephāti, cuius cauſa interdum mira facinora præſtare conſpiciuntur. Nónne in littore vrbi Goa vicino quidam crepuit medius, dum ſolus magnum æneum tormentum bellicum ſubleuare cupit; quoniam ipſius rector grauibus verbis obiurgaſſet & contumelia affeciſſet, oſtendens illi duos iuniores elephantos aduenientes illius ænei tormenti tollendi gratia? Gloriæ auidi.

Ceterum vti beneficiorum ſunt memores, & gloriæ auidi, non minùs vindictæ cupidi eſſe deprehenduntur; quemadmodum ea, quæ in vrbe Cochin acciderunt, documento eſſe queunt. Vindictæ cupidi.

Miles quidam Cocci ſiue Indicæ nucis putamine domeſticum elephantum petiit, eumq́ in fronte attigit: elephantus putamen colligit; & cùm eo tempore iniuriam vlciſci minimè poſſet, in os recondit, donec elapſis aliquot diebus militem in platea quadam deambulantem conſpiceret: tum demum promuſcide nucis putamen ore eximit, atque illi vicinior factus, in ipſum coniicit, deinde abit, veluti gloriatus, quòd iniuriam ſibi illatam vltus eſſet.

ALIVS *quidam miles in eadem vrbe Elephanto ſuu*
rectorē iniuria affeciſſe viſus eſt, quòd illi in via minimè c
dere voluiſſet: eam iniuriam vlciſci cupiētem rector vetu
Mangate flu. *Poſt aliquot dies miniſteria quædam in littore Mang*
fluminis (quod vrbem Cochin alluit) abſente ſuo rect
obiens, militem cum aliis quibuſdam ſermones cōferent
conſpicit, promuſcide ipſum corripit; nec eorum qui rog
bāt vt militem dimitteret, voces moratus, aliquoties flu
ne merſit, ſubinde eum in altum ſubleuans, & aquam q
madebat defluere ſinens: deinde cùm iniuriam ſuo rect
illatam probè vltus ſibi viſus eſſet, militem quo compreh
derat loco denuo in pedes ſiſtit.

QVONIAM *porro quidquid hîc de Elephante t*
ditum eſt, inter ea quæ exquiri potuerunt, maximè ver
eſt, alia prætermitto, quæ Matthiolus & plerique alij
pſerunt. Sed & de Elephante, & aliis medicamētis qu
India in Europam tranſvehuntur, doctiſsimus Orta
gna cura & diligētia commentatus eſt: ille quidem ex a
rū relatu maiore ex parte, ego verò [penes auctorē fi
eſto] *ipſa* αὐτοψία. *Etenim vt iſta ad viuum ipſe depi*
rem, illis ipſis locis, vbi naſcuntur, non ſine libertatis &
diſcrimine collegi, quo etiam veriùs deſcribere poſſem,
Alterum auctoris volumen. *quæ hoc libro tradūtur, tum quæ altero volumine quod*
manibus habeo: in quo reliqua medicamenta, ſtirpes,
& quadrupedes, quæ iſtic reperiūtur, deſcribere animu

LONGE *plures ſimiles hiſtorias veras hîc recen*
poſſem, quas breuitatis cauſa prætereo. Quibus verò iſt
ſufficiunt, legāt quæ Ariſtoteles, Plinius, Aelianus, Op
nus, & alij plerique Auctores de Elephantis ſcripſerun

DE CANELLA.

Canellæ hiſtoria. CANELLÆ *arbor mali aureæ amplitudine eſt,*
nunquam maior, interdum minor, ramoſa admodum,
teneriores rami recti ſunt: folium Laurino ſimile, latiu

en, colore dilutiore, & minùs ſiccũ, tribus neruis inſigni-
m: flos candidus, odoris propemodum expers: fructus ſil-
ſtris oleæ baccis par, vireſcens initiò, deinde ruffeſcens, &
i plenam maturitatẽ conſequutus eſt, niger atque ſplen-
ſcens (quo tempore colligi debet) oßiculum intus conti-
ns ſilueſtribus oliuis ſimile, ſimilíque carne præditus, ex
a exſtillat oleaginoſus quidam liquor ſubuireſcens, odore
ccarum lauri, ſapore acri cum pauxillo amarore coniun-
: præditus verò eſt hic fructus ſeßili parte paruo calyce,
iore minúſque criſpo quàm ſint ilicis calyces. Harum ar-
um magna eſt frequentia in ſiluis prouinciæ Malabar:
præſtantia & odore longè ſunt inferiores iis quæ in Zey-
inſula naſcuntur.

STILLATITIVS Canellæ liquor vitreis aut plũbeis anis extractus is præfertur, qui è viridi cortice, præſer- radicum, minutim inciſo eductus eſt: etenim non modò roborat & ſtomachi imbecillitatẽ, colive dolores ex fri- causa prouenientes lenit; ſed vrinam cit, & oris adhe- m cõmendat: vtilis eſt præterea iecoris, ſplenis, cerebri neruorum ægritudinibus, atque in ſyncope cardiacisq; ctibus confert: venenis reſiſtit, & virulentorum anima- n morſibus; menſes mouet, & vteri affectibus prodeſt, itiones cohibet, & appetentiam excitat: valet item ad ſmos, & comitiales morbos: atque, vt ſummatim dicam, rit, incidit, digerit, calefacit, & corroborat.

Canellæ liquor.

Eius facultates.

ELICITVR etiam liquor ex Canellæ floribus, ſed gè minore quantitate, minusq; præſtans ſuperiore.

DE SANTALO.

ODORATI illius ligni genus in Malabar natũ, San- albo perſimile, quo ſe in febribus indigenæ inungunt, & nbarane appellant, non eſt Santalum, neque illius fa- ates obtinet: Medici tamen eius prouinciæ Santali ſpe- n eſſe, & cõferre tenuioris fortunæ hominibus aſſerunt,

Sambarane.

Santali ſpecies.

Ad eryſipelas & inflãmationes vtilis.

commendantq́; in eryſipelate, & inflammationibus: atq Santali rubri modo eo vtuntur.

QVOD verò Antonius Muſa Santalũ Luſitanis acceptum fert, rectè quidem: ſed fallitur, quòd Calecutico agr prouenire cenſet, vbi montes aſperi & confragoſi elephantis, tigridibus, apris, lyncibus, regulis ſerpentibus, aliorúmque generum feris abũdant: plana verò & arenoſa, palmi Coccos ſiue Indicas nuces ferẽtibus conſita: at nullæ Santali arbores. Solebat ſanè è Calecut celeberrimo olim Emporio peti: iſtuc enim ex reliquis Oriẽtis regionibus omnis generis precioſæ merces inferebantur, atque Chinenſes potentiſsimi & opulentiſsimi, qui Indicum illum Oceanu nauigabãt, mercatores, amplas ædes (quæ etiamnum Chinacota appellantur) in quibus ſuas merces, & inter e Santalum è Malaca allatum, reponebant, iſtic habeban quas deinde vendebant, & in alias regiones diſtribueban At cùm Luſitani Calecutium initiò appellentes, à Rege C oppidanis proditione appetiti & pænè oppreſsi fuiſſent, inconſtantiæ & nequitiæ illius gentis minimè fidentes, maioris ſecuritatis cauſa ad Regem Cochin tranſierunt, qui ei non modò humaniter excepit, ſed etiam aduerſus Reger Calecut fortiſsimè defendit & tutatus eſt. Pro quo beneficio Luſitani poſtea luculentam gratiam retulerunt: nar vaſtato Calecutio, Regẽ Cochin potentiſsimum totius Malabar Dominum effecerunt, & cum illo etiam nunc arctiſsimam amicitiam colunt. Ex illo, Calecutij ſplendor celebre nomen & emporium periit, atque tota nobilitas eiu regionis abſumpta eſt: illaq́; vniuerſa prouincia Luſitan rerum domini nunc potiuntur. His igitur non minus debetur ob lõgiſsimas illas nauigationes quæ tot orbes nobis aperuerunt, vnde adeò ſingularia medicamenta, aliaq́; maximi pretij merces adferũtur & innotuerũt, quàm Ptolemæ ob doctrinam & earum deſcriptionem. Sed de Calecutiani illis rebus plura ex Indica Hiſtoria petere licet.

CELE-

CELEBERRIMA *porrò nunc ſunt Indiæ empo-*
ia Cochin & Goa ciuitates, quæ omnes illas Indicas mer-
s toti Europæ, atque aliis inſuper prouinciis ſubminiſtrāt.
* Flaui Santali ſelectiſſimi librale fragmentum, (vt ſcho-
s in Garciam commemini,) mihi liberali munere dedit
oſter Hugo Morganus, Londinenſis Pharmacopola peri-
ſſimus, 1581. Eſt verò id graue, ſolidum, nodoſum, co-
re intus flauum, odore ſuaui cerebrum reficiens, & grato
pore palatum leniens. Flaui Santali fragmétum.

DE BETELE.

BETELE *planta Piperis ſtirpi adeò ſimilis eſt ſar-*
entis, foliis, & naſcendi modo, vt, quando ſimul ſunt ſatæ,
e è longinquo dignoſci queant ab his qui plantarum ſta-
m minùs ſunt periti: ſcandit enim & amplectitur arbo-
iuxta quas ſita eſt, Piperis modo: eius verò foliū Piperis
o craſſius eſt quidem, at magnitudine & neruis ſiue fi-
s prorſus ſimile. Turci Iaprach induſtani *appellant.* Betele hiſtoria.

AROMATICVM *eſt, cor & ventriculum robo-*
, flatus diſcutit, cerebrū & ſtomachum purgat cū Car-
momo mane ieiunis præmanſum, oriſq; halitum com-
ndat. Plurimi fit in Chinarum regione, Mozambique,
çofala, vbi non naſcitur: illic quidem ob frigidam aëris
iperiem, poſtremis verò locis ob nimium æſtum: tempe-
as enim regiones expetit, & mari vicinas.

DE NVCE MOSCHATA ET MACI.

PIRO *ſimilis eſt hæc nux, paulo rotundior, externum*
rimentum carnoſum & durum aliquantulum, à Ban-
nſulæ incolis ferè neglectum, niſi viridi cum ſale & ace-
eſcerentur, quoniam grati & adſtringentis guſtus ſit.
naturā, atq; adeò integram nucem ſaccharo condiunt
itani: nam præter odoris ſuauitatē & ſaporis gratiam,
ter quæ expetitur, Indici medici & Brachmenes mul-
illa vtuntur in omnibus frigidis cerebri morbis, paraly-
aliis neruorum atq. vteri affectibus. Maioris verò æſti-
ionis ſunt apud illos grandiores nuces quā apud noſtros.

Bãda inſula. Oleum ex Maci, & eius vtilitas.

F I T *in eadem inſula Banda ex Maci oleum admod*
cõmendatum in neruorũ affectibus & aliis frigidis morbis

Ex nuce moſchata liquor, & vires.

E L I C I T V R *& ex nuce moſchata trita, calefac*
& prælo expreſſa, liquor admodũ ſuauis & vtilis in neru
rum frigidis affectibus : thoracem etiam & pulmonẽ len
inde clariorem vocem reddit, impinguat, & ſperma aug

Varia nomẽclatura.

A R A B E S *nucem ipſam* Iauſiband, *&* Seygar *a*
pellant. Macim verò Bisbele, *&* Besbaca, *quod vocab*
lũ propriè nucis corticem ſignificat. Perſæ arborem Dra
nuncupant, Turcæ Agache*: Macis autem oleum Arabi*
Geuſiſami, *Perſis* Geuzi erugaant, *Turcis* Geuz
dicitur.

Macis à Græcorum Macere differentia.

P O R R O *hunc Macim à Græcorũ Macere plurim*
differre minimè dubiũ eſt, ſi vtriuſq; hiſtoriã & faculta
expẽdamus. De Macere autẽ proximo capite ſumus act

* Vidi aliquando Vlyſipponæ oleũ de Maci ex India m
gnis fictilibus delatum, quod magno æſtimabant, atque
ventriculi frigidis morbis plurimum commendabant. Id
rò erat inſpiſſatum & ſaponis gallici ferè modo in tabe
vnciam propemodum dẽſas, tres verò latas, totidemque
amplius longas efformatum, pingues, ſubflauas, odora
Vidi etiam hoc anno 1 5 8 1. Londini apud M. Hugon
Morganum, Pharmacopœum eruditum & diligentiſſim
eundemque virũ perhumanũ & optimum, eiuſmodi oleu
recens ex India delatum, cuius aliquot panes ſiue tabell
oleum balſami è nouo orbe, oleũ de liquido Ambar, aliaq
rariora quædam ſimplicia ipſius liberalitate cõſequutus ſu

DE MACERE.

Maceris hiſtoria. Inſula S. Crucis.

N A S C I T V R *quibuſdam Orientalibus inſulis, pr*
ſertim verò in prouincia Malabar, in inſula S. Crucis re
Cochin, tum in ripis fluminis Mangate, & apud Crang
nor, vaſta quædam, & multis ramis prædita arbor V
multo maior, cuius folia ſex aut ſeptem vncias longa ſu
duas lata, exteriore parte dilutiùs virentia, interiore ſa
ra. Ea non alium florem, non alium fructum habere cre
tur, præter ſemen quoddam denarij magnitudine, ten

ordis effigie, colore flauo, ſapore verò amygdalæ, aut nu-
lei perſicorum malorum, tenui & candida tunica tectum,
uod veſica quadam ex tenuiſſimis duabus ſimul iunctis &
ranſparentibus membranis conſtante includitur: ea au-
em veſica in medio folio naſcitur aliis magnitudine non
iſſimili, ſed cuſpide obtuſiore, & circa pediculum angu-
iore, colore medio inter rubrum & fuluum, inæquali, &
ultis fibris à pediculo ad extremitatem recta linea ductis,
riſpo & rugoſo, haud abſimilis illi quæ in Vlmo naſcitur,
aulo tamen latior & planior.

SVCCO lacteo prædita eſt hæc arbor vti Morus, radi-
ſq; habet Ilici perſimiles, magnas, craſſas, in latum &
ofundum diffuſas, & cortice tectas craſſo, aſpero, ſcabro,
troq; , cinereo foris colore, interiùs albo & lacteo ſucco
agnante dum recens eſt, flaueſcēte autem dum ſicca eſt,
admodum adſtringente: & licet ſuccus ille cum adſtri-
ione nonnihil mordicet; breui tamen euaneſcit hæc veluti
ſenſibilis mordicatio. Arenoſa & humida loca amat, &
liquas ferè plantas circumnaſcentes enecat.

NOMEN vulgare huius arboris apud Luſitanos eſt — *Nomenclatura varia.*
rbore de las camaras, & Arbore ſancto, hoc eſt,
rbor dyſenteriæ, & Arbor ſancta: ab indigenis Chriſtia-
s Arbore de ſancto Thome, id eſt arbor D. Thomæ,
Macruyre: à Medicis Brachmenis Macre, apud quos
mmo in precio eſt arboris cortex.

RADICIS cortice recenti trito, & cum oxygala ſeu — *Radicis cortex ad dyſenterias & profluuia efficax.*
cte acido mixto omnis generis dyſenterias & alui proflu-
a mirabili ſucceſſu curant omnes Medici cùm Brachme-
s tum Canarini & Malabarici. Aliqui huius corticis ſicci
in puluerem redacti ſemunciam per noctē macerant in
atuor vnciis ſeri lactis, eumq; bis in die propinant manè
veſperi, deinde medicamento ſumpto orizam ſine ſale &
tyro coctam, atque pullos gallinaceos coctos, maceratos
tritos in orizæ decoctione ſtatim ægro exhibent: inter-
dum,

dum, ſi neceſſitas vrgeat, opium admiſcent, roborandi med camenti cauſa: ſolent verò etiam Arabes cuiuſcunque g neris alui profluuia opio nuce moſchata admixta curare

Ad vomitus compeſcendos.

H V I V S *item radicis vſus ſalutaris creditur ad v mitus compeſcendos, & ventriculum roborandum, cu aqua Menthæ & maſtices puluere.*

Ciuitas S. Crucis.

Macre.

R O G A T V S *Brachmenes quidam medicus mihi fa miliaris, virq; probus, boni iudicij & magnæ exiſtimation apud omnes ciuitatis S. Crucis regni Cochin incolas cù gentiles tum Luſitanos, quòd illius fideli opera ſæpius v eſſent, vt bona fide exponeret iſtius corticis, quem* Mac *vocant, facultates, in hæc verba reſpondit: Si vos Luſita hunc corticem probè noſſetis, multo pluris illum facere quàm Piper: ſed quoniam iſtic in Luſitania eius faculta tes ignoratis, idcirco contemnitis. Puluis, quē in omnis g neris alui profluuio ex oxygala propinare ſoleo, ex hoc co tice, de quo percontaris, cōflatus eſt. Eius magnā quantita tē tibi oſtendere domi poſſem, quam in Bengala & Iapa ſum miſſurus. Sítne verò inutile medicamentum, tu ip qui illius effectus plerumque conſpexiſti, iudicare potes.*

Iogue.

H V N C *corticem etiā oſtendi rhizotomo cuidā* Iogu *(genus quoddam hominum eſt circumforaneorum, qui pe regrinādo pœnitentiā agere ſeſe profitentur in illis region bus) petiiq; vt quid eſſet (tametſi probè noſſem) ſignificare reſpondit ille, eum ſequerer, cuius arboris cortex eſſet demonſtraturum, oſtenditq; arborem quam antè ſciueran & addidit, Apud noſtros homines appellatur* Cura ſante macré niſtuſa garul, *hoc eſt, Macre ab Angelis oſtēſu hominibus ad ipſorū ſalutem. Subiunxit inſuper iſtius co ticis apud ipſos vſum eſſe in compeſcendis vomitibus, alui profluuiis ſiſtendis, pluſq; pollere huius radicis portiuncu lam, quàm magnam quantitatem corticis Myrobalano rum aut Arecæ, eamq; præſtantiorem eſſe Coru Malaba rico, de quo proximè dicemus. Referebat præterea, Mac*

fructum

ictum omnis generis lumbricos in humano corpore na-
s necare & expellere, & calculum in renibus frangere:
m etiam eos qui ſingulis diebus manè vterentur, liberos
re à calculo & à coli doloribus, nec inebriari poſſe.

MAGNA diſceptatio eſt inter Neotericos an Græci
acin & Arabes Macerem nouerint. Negari non poteſt
in multo plura medicamenta nunc nouerimus quàm ve-
es: inficiari etiam non poſſumus, pleraque illis cognita
ſſe, de quibus dubitamus. Nam certiſsimum eſt, Græcis
bè notum fuiſſe Macer quod nobis dubium eſt, & pleriſ-
e adhuc ignotum: neſciuiſſe autem Macin & nucē moſ-
itam nobis adprimè nota, vt ex eorum ſcriptis conſtat.

GALENVS ſimplicium lib. ſeptimo Macerē aduehi ex India, conſtare eſſentia pleraque frigida & terreſtri, ucula verò frigida: conſerre ſua adſtrictione aduerſus ſenterias & cruentas excreationes.

Vnde Macer aduehitur Galeno.

DIOSCORIDES verò lib. 1. cap. 94. Macer qui ex rbaria aduehitur, eſt cortex flaueſcens, craſſus, & guſtu quam adſtringens, qui contra cruentas excreationes itur, dyſenterias, & alui fluxiones.

Vnde Macer aduehitur Dioſcoridi.

QVÆ facultates inueniūtur in cortice iā deſcriptæ ar-
is, non in Maci odorato nucis moſchatæ operculo, quod
idū ſiccumq́; eſt in fine ſecundi gradus, aut initio tertij,
uiumq́; partium, & leuiſsimi amaroris, paululaq́. ad-
ctionis particeps: itaq. certum eſt vtrumq. loqui de cor-
noſtræ arboris, non de Maci, quod illis ignotum fuit.

ADMONVIT me præterea medicus quidam Regis chin, ne dubitarem quin hic cortex Auicennæ Macer eſ- magnæq́; inſcitiæ eſſe de re tam aperta diſceptare: hu- etenim Macre facultates, eis, quas ſuo maceri veteres uunt, perſimiles, facilè id demonſtrare.

Hic cortex Auicennæ Macer.

PLINIVS etiam lib. 12. cap. 8. Macer, inquit, ex
ia aduehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine ar-
s ſuæ.

MINI-

De locis natalibus Maceris Dioſc. & Galeni diſceptantiũ conciliatio.

MINIME verò nos mouere debet quòd Dioſcorid[e]s ex Barbaria Macerem aduehi aſſerat, quem Plinius & Galenus ex India deferri ſcribunt: idem enim illis accidiſ[ſe] poteſt in hoc medicamẽto, quod in Cinnamomo & Caſſi[a]: vt (quoniam ex peregrinis & longinquis regionibus adue[hebantur]) eorum natales non fuerint probè cogniti.

Indus flu.

In eo inſula vel vrbs Barbaria nomine.

AIT tamẽ Ptolemæus: Quædã in Indo fluuio inſula v[el] vrbs ſita eſt, quæ Barbaria dicitur, ex qua facilè cõportab[a]tur Macer: vel quòd afferretur ex Arabia eo maris ſinu q[ui] à Barbaria inſula Barbaricus appellatur. Cui ſuffragat[ur] Strabo, Omnia, inquit, quæ in India proueniunt, ea ſcilic[et] parte, quæ ad Auſtrum vergit, ſimiliter in Arabia n[a]ſcuntur.

Macis & Maceris differẽtia.

MACIS & Maceris differentia Auicẽnæ probè fu[it] cognita, quippe qui Macim odoratæ nucis inuolucrũ cap. 456. & Macerem radicis corticem cap. 694. ſub [ti]tulo Talisfar deſcripſit.

NON ignota etiam fuit Serapioni, qui ex auctorita[te] Iſach, Macim eſſe nucis odoratæ operimentum dixit, diue[r]ſum ab eo cuius Dioſcorides meminit, quippe qui ſcriptu[m] reliquerit, Macerem eſſe ligni corticem ſiue corium.

Quĩ inter ſe differant.

LIQVET itaque Macim & Macerem differre int[er] ſe qualitate, ſubſtantia, figura, planta, & regione, quan[do]quidem Macer radicũ arboris cortex in Malabar naſcitu[r], Macis uerò nucis Moſchatæ operimentũ, in Banda, long[iſ]ſimè inter ſe diſsitis. Tametſi Monachi qui in Meſuen co[m]mentarios ſcripſerunt, aſſerant non differre, ſuam neglig[en]tiam, ne dicam inſcitiam, iſta ratione prodentes.

Corticis Maceris vtilitas.

VVLGARIS admodum huius corticis Maceris e[ſt] vſus in omnibus noſocomiis prouinciarũ Chinæ, Iapan, M[a]lacæ & Bengala, in dyſenteriis, alui profluuiis, & ſangui[nis] reiectionibus, cuius cauſa ex Malabar vſque petunt.

D

DE CORV.

IISDEM locis, præter memoratam arborem, naſcun-
duæ aliæ arbores plurimum inter ſe differentes, ſed quæ
em facultatibus cum ſuperiore ſint prædita.

HARVM prior (de qua hoc capite agemus) vocatur in Malabar Curodapala, & Curo; in Canarin Coru: à ...chmenis Cura. Coru varia nomēclatura.

EST verò hæc arbor pumilæ malo aureæ ſimilis, cui etiã ſimilia habet folia, ſed quæ mediũ neruum craſsiorẽ ha-...t, aliis octo aut nouẽ in latera excurrentibus: flos luteus odoris ferè expers: radicis cortex diluto virore præditus ...auis & tenuis, qui ſi frãgatur aut vulneretur, multo la-... ſucco manat, lẽtiore & magis viſcido quàm qui ex ſu-...ore fluit, guſtu inſipido, amaritudinis tamẽ aliquĩs par-...e, frigidus & ſiccus, plus tamẽ ſiccitatis quã frigiditatis ...dẽs, in quo ordine Medici illius prouinciæ etiã cõſtituũt. Eius hiſtoria.

HVIVS virentis corticis ſucco licet admodũ ingrato, ...imũ vtũtur incolæ cùm gentiles tũ Chriſtiani ob admi-...s quos præbet effectus in omni genere profluuij, cùm in ...ria tũ in diarrhoea & dyſenteria è quacũq. cauſa pro-...a. Luſitani tamẽ Medici methodũ in eo exhibendo ſer-... Vtuntur etiã eo ſicco veluti priore: ſed prioris cortex ...præſtat. Diſtillant verò atque vtuntur in hunc modũ. Eius corticis facultates.

CORTICIS in puluerem triti vncias octo, ammeos, ... coriandri ſicci, cumini nigri nonnihil toſtorum & in ...rem redactorũ ſingulorum drachmas tres, corticum ...balanorum Cepulorũ drachmas ſeptem, butyri vac-...on ſaliti vncias duas, lactis acidi quantum ſatis eſt ad ...res iſtos excipiendum ſumunt, in diſtillatoriam ollam ...m (ſi delicatioribus paratur) aut vulgarem (vt maxi-... parte fit) imponũt, & ſtillatitium liquorem eliciũt, ...quatuor vel quinque vncias cum aquæ auellanæ In-...ulgo Areca nominatæ, aut aquæ è pediculis roſarum ...duabus propinant alui profluuio laborantibus, (inter- Corticis cõficiendi ratio. Areca.

dum,

dum, ſi neceſsitas vrgeat, trochiſcos de charabe vel de Le
nia terra admiſcent) ſemel in die, vel bis, ſi opus ſit; illico
tem poſt eius ſumptionem, orizam cum oxygala exhib
ſolent. Clyſteres etiam ex eo confecti præſertim ſub noct
iniiciuntur.

LICET *verò hic liquor admodum commendabilis*
longè tamen præſtantior eſt Maceris cortex viridis, l
multo ingratior, & ſumptu difficilior.

Eius radicis facultates.

VTILIS *etiã hæc eſt radix ſeu cũ Orizæ decocto ſu*
pta, ſiue inuncta aduerſus hæmorrhoides & ani ſciſſura

Foliorum vtilitas.

FOLIORVM *eius cum Tamarindorum foliis de*
ctorum vapore crura tumentia vtiliter fouentur: ipſo
tem decocto madentes panni commodè in tympanite
plicantur.

DE PAVATE.

ALTERA *iſtarum ſtirpium, tertium videlicet ge*
earum quæ ad alui profluuia vtiles ſunt, vulgo in Mala

Pauate. Vaſaueli. Arbor eryſi pelas curãs.

dicitur Pauate, *à Brachmenis & Canarinis* Vaſauel
Luſitanis Arbol contra las eriſipolas, *hoc eſt, Ar*
eryſipelas curans.

Eius deſcriptio.

FRVTEX *eſt non admodum ramoſus, octo aut no*
pedũ altitudinis, cui rara ſunt folia, mali aureæ minor
foliis ſimilia, excepta appendice qua carent, vtrimq; ele
virore prædita: flos exiguus, cãdidus, quatuor foliolis pr
tus, è cuius medio exit alba fibra cuſpide viridi inſignis,
re floris Periclymeni, cui procul aſpiciẽtibus perſimilis v
tur; rotundum ſemen, lentiſcini magnitudine, ex viridi
gricans &, vbi, maturuerit, nigrum. Caudex & rami ci
rei ſunt coloris, radix alba & inſipida, cum nonnulla
men amaritudine, odoris propemodum expers.

Eius vtilitas.

TAMETSI *vtilis ſit hæc planta aduerſus alui pro*
uia, quemadmodum ſuperiores duæ; cum illis tamen m
mè comparari poteſt, quandoquidem imbecillior eſt: it

ui ſuperiores nouit, ea haudquaquam vtetur in alui prouuiis, at in curando dumtaxat omnis generis eryſipelate, r eo præſertim quod è mera bile ortum eſt; etenim inſigni rtute aduerſus hunc morbum pollere deprehenſum eſt.

TERITVR & maceratur huius plantæ truncus ſiue dix orizæ decocto (Canje vocãt) aliquot horis quieſcere nitur vt aceſcat hæc aqua, eryſipelas deinde ea inungitur, bendaq; propinatur ſufficiente quantitate bis in die, purto priùs ventriculo. Canje.

EADEM ratione præbetur radix, orizæ decocto marata, iis qui iecoris inflãmatione laborãt, & febrium arribus: addito autem ſucci foliorum Tamarindi momẽto, lnerum labia circumquaque inungi ſolent, ad inflamationes prohibendas, & humorum defluxus cohibendos.

QVONIAM verò illis in prouinciis multo maiore antitate hoc tertium genus quàm ſecundum Coru nũpatum creſcit, incolæ eo vtuntur.

DE CARYOPHYLLIS.


ARBOR Caryophylla proferens magnitudine & fort Lauri eſt, ſed ſuperiore parte magis ramoſa, minore & guſtiore folio: copioſos fert flores, initiò candidos; deinde ides, cùm nunc in fructum efformati ſunt; at vbi maturunt, rubros; qui deinde collecti & ſiccati nigrum colon contrahunt: naſcuntur ficus* modo ſparſim per ras ad foliorum baſim bini, terni aut quaterni ſimul iun, vel vnicus interdum. Arboris caryophylla proferentis deſcriptio.

DICITVR Arabibus, Perſis, & Turcis Caranful, a arbor Siger, folium Varaqua. Varia nomẽclatura.

PAVLVS Aegineta acres illos conſtituit, calidos & cos ordine tertio: alij dumtaxat ſecundo.

VENTRICVLVM, iecur, & cor roborant, coctionem iuuant, vrinas cient, aluum cohibent, oculinſtillati eorum aciem exacuunt, nubéſque extergunt: Eorũ facultates.

CARYOPHYL. ARBOR.



*& quatuor drachmarum pondere ex lacte ſumpti vene-
em exſtimulant.*

* Caput de Caryophyllis Latio donare non conſtitueram,
uandoquidem pleraque omnia ex Garciæ ab Orta hiſtoriâ
Aromatũ (vti ferè reliqua, de quibus hic auctor hoc volumi-
ne agit) deſumpta ſint. Quoniã verò præter reliquorum au-
torum, qui Caryophyllorum hiſtoriã deſcripſerũt, ſenten-
iam, eos ex ramis inter folia, ficuũ modo, naſci aſſerit, ipſius
erba lectori proponenda cenſui, vt animaduertere queat
uàm parum fidei interdum huic auctori ſit adhibendum,
ui veritatis aſſertorem ſe gloriatur, & plantas ad viuum ex-
reſſiſſe aſſerit; cùm tamẽ ipſius icones nullius ſtirpis viuam
figiem imitentur, præſertim earum quas hactenus nobis
dere licuit. Caryophyllorum certè legitimam iconem in
romatũ Garciæ hiſtoria exhibui, ex ipſo ramo muria con-
to (quales multi Antuerpiam aduehi ſoliti erãt) à diligenti
perito pictore expreſſam. Vidim⁹ inſuper hoc anno 1581.
aryophyllorũ ramos dodrãtales & pedales ſiccos à FRAN-
ISCO DRACKE nauclero Anglo (qui vniuerſum orbem
rcumnauigauit) ex Moluccis ſuperiore Septembri dela-
s: ſed omnes extrema parte fructus proferebant ſuis feſtu-
aut bacillis inhærentes, eo quem in noſtra icone exhibui-
us modo. Illam tamen quam noſter Auctor expreſſit, hoc
am capite ſubiicere libuit, vt ſtudioſi vtramque conferãt.

DE PIPERE.

PIPER *aliud domeſticum, cuius vſus eſt; aliud ſilue-* Piperis duo genera.
e, quod ob amarorem negligitur.

DOMESTICI *planta ſarmẽtoſa eſt, ſcãditq́; hede-* Domeſtici hiſtoria.
*modo, arboribus, quas nanciſci poteſt, ſeſe circumuoluen-
nodis per interualla prædita; ad quos folia naſcũtur Be-
folijs ſimilia, parte interiore ſature virentia, exteriore
utiora, cuſpide mucronata, & guſtu linguam vellicante.
orum foliorũ alia alijs nigriora ſunt: quæ dilutiora ſunt
raśq́; æqualiter naſcentes habent, feminas cenſent (nam
umque ſexum in folijs eiuſdem plantæ conſtituunt) ni-
ora verò inæqualibus fibris, mares. Ad ſingula interno-
, vnde folia dependent, ex ipſa foliorum ſede naſcuntur
, quarum maximæ circiter quinquaginta grana obti-*

uent, minores verò triginta. Radix puſilla eſt, & ſumm[a] tellure fibras agit.

Nigrum & Album.

SVMMA autem ſimilitudo eſt plantarum quæ ni grum piper proferunt & album: albi tamen folia tenuior[a] & molliora vide͂tur: eius etiam fructus magis aromaticus meliorisq́; ſaporis quàm nigri. Huius verò foliorum nullu[s] eſt vſus apud illius regionis incolas: ſed nigri piperis foli[a] dumtaxat expetuntur in coli doloribus, aliisq́; omnibus alu[i] ægritudinibus è frigida cauſa prouenientibus: ea oleo Coc ci ſiue Nucis Indicæ priùs inuncta, deinde calefacta, ſupr[a] aluum adhibentur magno effectu.

Nigri foliorum vtilitas.

Eius ſerendi ratio.

PORRO ſeritur Piperis planta hoc modo: ſarmentum eius ſeu ramus iuxta prægra͂dem qualemcumque ar borem aut palum defoditur, atque bubulum ſtercus & ci neres cum aqua inſperguntur: infra annum deinde fructi fera eſt: quóque vetuſtior eſt pla͂ta, eo feracior, quippe qu[æ] ad ipſius arboris, cui maritata eſt, faſtigium ſeſe circum uoluendo ſcandere ſoleat.

DE CVBEBIS.

HIS Indici medici vtuntur, cùm in roborando ven triculo, & iecore tumoribus obſtructionibusq́; libera͂do, tu[m] ad diſcutiendos flatus, & vteri frigiditates corrigendas: [a]t omnium maximè ad elangueſce͂tem venerem excitandam.

* Latio hoc caput donare, operæprecium non duxeram, quandoquidem omnia ex Garcia deſumta: quas tamen ili tribuit facultates libenter adieci.

DE AVELLANA INDICA.

Auellanæ Indicæ hiſtoria.

ADMODVM procera eſt hæc arbor rectaq́;, tenui rotunda, & fungoſa materia: folia habet longiora latiora[q́;] quàm Palma quæ Coccos ſeu Indicas nuces fert, ex ſumm[a] arbore naſcentia, inter quæ prodeunt tenues virgæ paru[is] floribus onuſtæ, albis & ferè inodoris, quæ deinde in fructu[m]

Areca.

Areca nuncupatum efformantur, nucis iuglandis magni tudin[e]

udine, minimè tamen rotundum, ſed oblongum oui galli-acei exigui modo, exteriore cortice admodum virēte, dum ecens eſt, & , vbi maturuit, admodum flauo, vt longè ſpe-antibus veluti dactyli ſiue palmulæ maturæ appareant: ateria molli & tomentoſa conſtat hic cortex, continetq́ clusum fructum caſtaneæ grandioris magnitudine, altera rte ſimiliter ſeßilem, candidum, durum, rubris venis ple-um, quem incolæ edunt.

EVM adhuc virentem ſub arena condere ſolent, vt elior gratiorq́ eſui fiat: vulgo autem edūt cum foliis Be-le: confringunt etiam, ſoliq́ exponunt & ſiccant, (tum hecani appellant) eoq́ plurimum vtuntur tum in cibo, m in lotionibus adſtringentibus: & cortice, ſeu inuolucro ntes repurgant. *Eius conſeruandi ratio & vſus.* *Checani.*

CVM verò adeò fungoſa huius arboris ſit materia, frā-ur difficulter: idcirco virga duorum digitorum craßitu-e ex hac arbore parata Crocodilum cùm in aqua, tum terra facilè retinere poteſt, ſi per eius fauces tranſmit-ur (hac etenim ratione illos venari ſolēt) vt ſæpe cōſpexi. *Fractu difficilis.* *Virgę ex hac arbore parātur ad Crocodilos venandos.*

De Palma Indica.

PRÆALTA eſt hæc arbor, & recta, nec admodum iſſa, præſertim in faſtigio: nam ab infimo ad ſummum ulatim gracileſcit, & colore cinereo eſt: truncum à ra-ibus ad faſtigiū vſq; paruis quaſi gradibus circumdant, i aſcēſuris ſcalarum vicem præbeant: flos caſtaneæ ſimi-; fructus verò integer capite humano maior, forma ob-giore, triangulari, & colore viridi admodum diluto. *Palmæ Indicæ hiſtoria.*

TAMETSI Narel huius arboris nucem vulgo ap-lent cùm Perſæ tum Arabes, negant tamen Perſæ legi-num eſſe nomen, ſed Nargel dicendum: ipſam arborem rach Perſæ vocant, Arabes Siger Indi; Turci autem borem Agach, fructum Cox Indi: Brachmenes arbo-n nuncupant Maro, nucem Naralu. *Narel.* *Varia nomenclatura.*

Inſulæ de Nalediua. Huius arboris vſus.

Ex hac arbore ex inſulis de Nalediua fabricantur na-
ues, atque clauis, malis, velis, rudentibus, aliiſq; armamen-
tis neceſſariis inſtruuntur: inſtructæ iam, mercibus ex ea-
dem arbore conflatis onerantur, oleo, vino, aceto, ſacchar-
nigro, fructibus, aqua, & ardēte aqua vulgo vocata. Ex li-
etiā ipſa exſtruuntur ædes cū ſuis tabulatis ſatis firmæ: at-
eiuſdem ramis (quos Ola dicunt) contegunt imbricum v-
ce, nam imbres cōmodè arcent. Ex iiſdem ramis tecta con-
parant ad tegendas hieme naues, quæ in portum deductæ
remulco deinde in terram trahuntur.

Ola.

Harum palmarum duo genera, & eorum vſus. Sura. Orraca.

Istarvm porrò Palmarū duo genera conſtituū-
Vnum etenim Suræ cogendæ gratia deligunt, ea eſt v-
luti vinum muſtum, quæ ignibus decocta in liquorē tranſ-
vino ſimilem, incolis Orraca appellatum; alterum fr-
ctuum gerendorum cauſa adſeruant.

Suræ colligendæ ratio.

Colligitvr verò Sura in hunc modum: A-
quem è ramis cerebro viciniorem præcīdūt, duorum pedu-
longitudinem relinquētes, ad quem vaſcula ampla, oris t-
men anguſti, illis Caloins nuncupata, colligant: per hu-
ramū præciſum exſtillat arbor Suram iam memoratam
qua organis diſtillatoriis impoſita, ignis vi aquam eliciu-
ardentem; purior, illis Fula dicta, hoc eſt, flos, faciliùs ig-
incenditur quàm noſtra aqua ardēs ſiue vinum aduſtu-
altera Orraca nuncupata non item: ſed huic purioris a-
quantulum admiſcere ſolēt. E Sura antequam ignibus c-
coquatur, ſoli expoſita, fit acetū ſatis interdū acre, tame-
neque mentha, neque cortex arboris Myrobalani iniicia-
tur, quæ medicamenta plerumq; admiſceri ſolent vt ac-
tum acrius reddant. Exempto primo vaſe Suræ, exſtilla-
alia, quæ ignis vel ſolis caloribus inſpiſſata, Saccharum
incolis Iagra appellatum: præſtantior cenſetur, quæ in N-
lediua colligitur, quàm quæ in Malabar.

Caloins.

Fula.

Iagra.

Quis eius fructus.

Frvctvs recēs ſub primo illo craſſo viridiq; ope-
mento, alio cortice nigro præditus eſt, medullā tegente, q-

recen-

ens, antequam nigrũ colorem contrahat, tener & can-
ans eſt, editurq́ cũ ſale, vel ſine ſale, vel cũ aceto & pi-
interdum, atque guſtu eſt Cinaræ: cùm verò iam non-
l indurari cœpit, Cardui caput ſapit. Medulla cortici
erens tenera & dulcis eſt, cõtinetq́ multã aquam lim-
um, ſuauem, nec faſtidium aut nauſeam ſua dulcedine
entem, quæ vulgo in ſolis ardoribus bibitur. Frequẽs eſt
s aquæ ſub dio refrigeratæ, atq; etiam Iagræ vſus ad-
us iecoris renumq́ nimios calores, purulentæq́ mate-
per virgam excretionem: refrigeratur verò hæc aqua
a nuce viridi Laña appellata: diu conſeruatur, nam
anno inueniuntur iſtæ nuces virides, quarum non-
æ interdum tres aut quatuor libras ſiue pintas aquæ
inent.

Huius aquæ & Iagræ vſus & hiſtoria.

POSTQVAM iã indurata eſt hæc nux, dūrioremq́
llam contraxit, remanet in concauitate limpida qui-
aqua, at non adeò dulcis vt prior: nucem tum vocant
labares Eleui. In annotinis nucibus mutatur hæc aqua
tundam quandam ſubſtantiam, mali inſtar, candi-
, ſpongioſam, & leuem, ſapore dulci.

Eius nux.

Eleũi.

MEDVLLA nucis recentis tenera alba & dulcis,
editur ab incolis, aut cũ Iagre, hoc eſt, Sacchard è Su-
onfecto, vel cũ Auela, pulmento ex Oriza in aqua co-
deinde trita & probè ſole exſiccata: editur itẽ cum pi-
quodam genere ſiccato ex inſulis de Naleduia adue-
ſimili ferè bubulis carnibus fumo induratis, Coma-
aſa appellant, bonúmque condimentum eſt ad biben-
ppetentiam prouocandam. Ea verò mixtura non mo-
colis in vſu eſt, ſed ab ipſis etiam Luſitanis expeti-
Ex eadem medulla lac conficitur Amygdalino ſimile,
dulia paranda vtile.

Eius nucis eſus & commoditas.

Auila.

Comalamaſa.

SOLIBVS exſiccata hæc medulla vocatur Copra:
is eſt, reconditur, illisq́ perinde in vſu eſt, atq; noſtris
opæis caſtaneæ ſiccæ.

Copra.

Huius nucis vſus.

V V L G O creditur, & experientia comprobatum e[...] frequentiorē huius nucis vſum lūbricos generare: cui mo[...] bo totius prouinciæ Malabar incolæ admodum obnoxij ſu[...]

Malabares lumbricis obnoxij.

Corticis vtilitas.

E X T E R N O illo primoq; cortice ſiue operimen[...] craſſo, foris læui, intus verò tomentoſo dum reſiccatus e[...] fiunt rudētes & alijfunes nautici, vti in Hiſpaniis ex ſpa[...] to. Tomentum illud Malabares Cayro *vocāt, magni ap[...] eos vſus: nam quoniam aqua marina non corrumpitur, [...] pantur eo omnis generis naues: itaque illis populis vſu[...] præbet lanæ, xyli, ſtuparum, lini, & ſparti.*

Cayro.

Xareta.

E ſecundo nigroq; & duro cortice, qui à noſtris Co[...] dicitur, ab incolis verò Xareta, *fiunt ſcutellæ & alia va[...] potoria in tenuiorum vſum. Fiunt etiā ex eo vſtulato ca[...] bones auri fabris vtiles, qui in illis prouinciis periti & ind[...] ſtrij, nec admodū ſumptuoſi reperiuntur. Solēt enim ſu[...] opificium proclamantes compita circuire, ſecum deferen[...] vrceolum, malleolum, & duo cæla, cannæq; tubulum p[...] mari longitudine manu tenentes, quo focum incendunt [...] in ædes admiſſi, vaſa ex auro & argento conficiunt, [...] eorum, qui ipſos euocarunt, arbitrio.*

Huius palmæ foliorū vſus.

F I V N T ex huius Palmæ foliis petaſi maiores & m[...] nores, ad Solis ardores & imbres arcendos idonei: texunt[...] etiam ſtoreæ, & alia pleraque.

Coccus de Nalediua.

C O C C V S porrò de Nalediua cognominatus ad[...] commendatur ab ipſis incolis, & à Malabarenſibus, n[...] modò à plebe, ſed à Regibus & Principibus viris, vt in om[...] ferè morborum genere ad eum confugiāt tanquam ad ſ[...] cram anchoram. Fiunt in eam gratiam ex illo pocula q[...] auro vel argento excipiuntur, & in nauium triremium[...] figuram efformātur, ad aquam bibendam, in quam ex c[...] tenula medullæ ipſius Cocci fragmentū pendere ſinunt: [...] biq; certò perſuadent, illis, qui aquam ex ſimilibus pocu[...] hauriunt, nullū venenum nocere poſſe, futurosq; immun[...]

Miræ eius facultates vulgo creditæ.

à mu

multis morbis, in quos ſanè memini multos incidere, qui iis poculis bibere ſoliti erãt. Et licet omnem diligentiam hibuerim, nunquã tamen obſeruare potui, ſimilia pocu- aliquem ex morbis curare, ad quos vtilia eſſe credũtur: iùs igitur arbitror tantã laudem obtinuiſſe à vulgi opi- ne. Nonnulli ex huiuſmodi vaſculis bibere ſoliti, mihi irmarunt ſeſe experientia didiciſſe iecur incendi, renes xam contrahere, & calculum generari: nihilominus ta- en magnum eſt eorum pretium, longeq; pluris æſtiman- r iis locis vbi inueniuntur, quàm aliis procul inde diſſi- : nam interdum eiuſmodi nuces nudæ, neque auro aut gento exornatæ, q[uin]quaginta aut ampliùs aureis num- is æſtimantur.

NIGRIOR autem, nitidior, longior, maiorq; eſt hic occus quàm aliæ nuces Cocci communis. Quî differat à Cocco cõmuni.

DE MYROBALANIS.

MYROBALANORVM quinque ſunt genera, di- rſis arboribus & regionibus naſcentia. Myrobalanorũ quinque genera.

CITRINA quæ à Medicis Aritiqui, à plebe au- n Arare nuncupantur, naſcuntur arbore mediocris ma- itudinis, multis ramis, & in ordinem digeſtis, prædita; iis Sorbi. Citrina. Aritiqui.

EMBLICA, illis Anuale dicta, folia minutim inci- filici ferè ſimilia, ſed paulo craſſiora habent. Emblica. Anuale.

INDICORVM, quæ ab incolis Rezanuale appel- ntur, folia, ſalicis folius ſunt ſimilia. Indica. Rezanuale.

BELLERICA rotunda ſunt, incolisq; Gotin di- ntur, & folia obtinẽt Laurinis ſimilia, minora tamen & nuiora. Inueniuntur hæc quatuor genera per totam pro- nciam Malabar, Dabul, Cambaya, & Batecala, ea ſunt æ in Europam deuehuntur, ſicca & condita. Bellerica. Gotin.

CHEPVLORVM, quæ illis Aretca appellãtur, ar- rem non conſpexi, ſed eius folia Perſicæ foliis eſſe ſimilia Chepula. Aretca.

referunt, & arborem eiuſdem cum aliis eſſe magnitudin: ſunt verò omnium arbores Pruni magnitudine, ſed plur bus ramis, magiſq; in orbem digeſtis, prædita.

De tamarindis.

Tamarindorum hiſtoria

Sᴠɴᴛ *Tamarindi fructus elegantis & aſpectu pul chræ arboris, Caſtaneæ aut Ceratiorum arboris magnitu dine, multis ramis præditæ, & foliis latā vmbram præben tibus, materie ſolida admodū: folia filicis feminæ (quā Hi ſpani* Helecho, *Cantabri* Ariſtora *appellant) foliis perſi milia, dilutè virentia, valde elegantia, guſtu acido, gratoq; è quibus condimentū fit* (Salſam *vocant) perinde atque petroſelino: flores candidi, aureæ* Mali *floribus admodum ſimiles forma exteriore, & odore: attamen octonis foliis conſtāt, quorum quatuor interiora alba ſunt & craßiora velut* Mali *aureæ florum folia, quatuor verò exteriora te nuiora, & bina ex his eleganti neruo radiata: è medio flo re quatuor enaſcuntur ſtamina corniculorū modo inflexa candida & tenuia. Fructus admodum ſimilis eſt Ceratiis * foris vireſcens initiò, deinde per ſiccitatem cinereus, con tinens oßicula rotunda Caßiæ ſolutiuæ modo aut parui Lupinis ſimilia, dura admodum, & colore nitido terreo, haudquaquam flauo, quemadmodum nonnulli referunt: his non vtimur, ſed ſola pulpa quæ nonnihil lenta & viſci da eſt, iucunda tamen aciditate grata, tametſi nōnulli in digenæ aſſerant oßicula aſſata & in pollinem redacta ex oxygala in alui profluuiis vtiliter exhiberi: facilè auellitur hic fructus, & etiam ſponte decidit. Folia ſub noctem ſeſe contrahunt, ſuumque fructum amplecti ſolent: qui ſi deſit, ſua virgulta & ramos complectuntur: ſumma verò auro ra ſeſe explicare incipiunt grato ſpectaculo: hæc trita par tibus eryſipelate infectis imponunt, atq; etiam circa phleg monas, ad arcēdum, qui influit, humorem: iiſdem cum ſa le Ormuziano phlegmonas reſoluunt, & cum cineri-*

Helecho. Ariſtora.

Salſa.

Foliorum facultates.

ex Cambaya pituitoſos & melancholicos tumores.

VOCATVR hic fructus in Canarin Chincha, oſſi- vero Chincharo, in Malabar Puli, & in Guzarate ibili: Arabes, Perſæ, Turci Tamarindi vocant; oſſi- Abes, arborem Siger Tamarindi. Varia nomenclatura.

PRÆFERVNTVR qui in locis montanis iisq́; tentrioni obuerſis naſcuntur: vſu verò compertum eſt, us arboris vmbram ſub ea dormientibus non minùs no- m eſſe, quàm arboris iuglandis. Huius arboris vmbra noxia.

Tamarindorũ fructus deſcriptio verior apud Garciam ſpicitur: cuius legitimam effigiem pete ex doctiſſimis elii obſeruationibus, vnà cum ipſius arboris ſemine re- s natæ rudimento.

DE CASSIA SOLVTIVA.

MVLTA Caſsia ſolutiua naſcitur in Cayro, & ple- que aliis prouinciis tum Orientalis tum Occiduæ Indiæ. efertur tamen quæ ex Orientali delata eſt, quæq́; locis Septentrionem magis vergentibus naſcitur. Caſſiæ ſolutiuæ natales & hiſtoria.

AMYGDALÆ magnitudinem æquat, foliis mali rſici ſimilibus eſt, nonnunquam anguſtioribus, locis præ- um ſicçioribus nata, floribus luteolis aut flauis, nõ ingrati ris: quibus deciduis ſuccedunt ſiliquæ oblongæ, eleganti ore prædità dum recentes ſunt, & quæ maturitate ni- dinem breui conſequuntur.

TANTA eſt eius frequentia in Cambaya, vnde præ- ntiſsimam aduehunt, vt vnius Candil (quingentarum viginti duarum librarum pondus hoc eſt) pretium non timetur pluris quàm nummo aureo, qui trecentos & aginta marauedis (æreos obolos Hiſpanicos) valent. Candil.

IN MONTIBVS verò Crãganor, & per vniuerſam ouinciã Malabar (quãdo eius maximũ pretium) ſingulæ ræ viginti marauedis redimi poſſunt, hoc eſt, paulo pluris àm dimidio regali Caſtellano, ſiue batzio Germanico.

GENTILES Canarini fructũ Haſanguia & Ba- ſenga, quemadmodum & prouinciæ Decan incolæ, & Varia nomenclatura.

Brach-

Brachmenes, arborem Bahoo, *&* Baua, *vocant: Gu-ratenſes* Gramala: *Malabarenſes* Cõdaca: *Arabes,* ... *ſæ, & Turcæ* Hiarxamber: *aſſerebat tamen mihi* C... *cela, peritus medicus Perſa, illud vocabulum eſſe merè* ... *ſicum, & legitimum Arabicum eſſe* Gazatfalus.

Eius vſus. FORIS *illinitur medulla eryſipelate tentatis &* ... *flammationibus. Inualuit vſus tota India exhibendi del...tulis mulieribus & pueris caßiam ſolutiuam adhuc vir...tem ſaccharo conditam, ad vnciam vnam bono ſucce...ſumitur verò dum adhuc recens eſt & valde tenera, pr...quam cortex induretur: maceratur primùm in frig... aqua, antequam cum ſaccharo coquatur. Moderatè &... ne moleſtia aluum ſubducit.*

* Perſicæ mali folia quodammodo æmulantur, ſi ſing...laria ſepares. Quoniã verò coniugatim bina ſemper in ... longo neruo naſcuntur, & ſumma ala poſtremum, impar... numerum faciẽs: commodiùs meo iudicio comparaſſet c... fraxini foliis, aut ſimilium arborum, quę alata folia ferre... litæ, ea integra plerumque abiicere conſueuerunt, quema... modum Iuglans, Sorbus, Rhus, Ceratia, &c.

Huius arboris ramulo cum ſuis floribus & foliis Cuci ... Cedri fructu, aliisq. varij generis ſeminibus ante bienni... donati ſumus à doctiſſimo diligentiſſimoque viro D. B... nardo Paludano, qui ex Syriaca, Arabica, Aegyptiacaq. ... peregrinatione illa retulerat.

DE ANACARDIO.

Anacardij hiſtoria. MAGNA *eſt Anacardij copia in Malabar, & re... quis Indiæ prouinciis. Fabæ vulgari admodum ſimilis, du... adhuc viret & recens eſt; exſiccatus verò niger & ſplend... continet medullam Amygdalæ ſimilem, inter quam & ſ... premum corticem oleum admodum vrens inuenitur.*

Eius fructus vtilitas. DOCTOR *Orta ſcribit eum fructum in vſum m...dicum recipi, & in illis regionibus in lacte maceratum da... aſthmaticis, & aduerſus lumbricos: præterea viridem ſa... condiri, & edi oliuarum conditarum in morem. Ait etia... ſiccato cauſtici vice in ſtrumis vti indigenas, totaq; Ind...*

ei...

cum calce mixti vſum eſſe ad obſignandos pannos.
.GO ſanè vidi hunc fructum viridem, & per multos
ſale & aqua conditum, Oliuarum Hiſpanicarum mo-
enalem in foro proponi, & edi non ſolùm quidem, ſed
andæ appetentiæ cauſa coctæ orizæ admiſceri, vti ſo-
fructum Mangas vocatum, alioſq; fructus adſtrin- Mangas.
es & acidos, aliàs minimè.
NONNVLLI in deſiccato extimũ corticem demũt,
q; membranam qua medulla tegitur, deinde medul-
edunt ad bibendi appetitum irritandum. Ego verò &
ntem conditum, & ſiccati medullam deguſtaui: ſed
ro modo mihi delicatus videtur. Illud porrò certiſſi- Oleum inde
n, oleum id quod inter corticem & nucleum contine- confectum.
admodum cauſticum eſſe & venenoſum.
OTA tamen prouincia Malabar, illius vſus eſt cau- Cuius ſit
vice. Si quis inſtillet in putridum & cauum dentem, vſus.
m vrit, frangitq;, & corrumpit facilè. Calce addita ad
bycinos pannos obſignandos, & alias res quaſlibet no-
las vtuntur: etenim notam adeò firmiter imprimit, vt
a lotione eximi queat.
SOLENT interdum Indi nonnulli hunc fructũ cuſpidi Aliæ huius
elli infixum candelæ ardenti imponere, qui, dum vri- fructus fa-
mirum quos ſtrepitus edat, quas ignis ſcintillas quaſi cultates.
nina eiiciat diuerſorum colorum, eaq; ratione rudiori-
quibuſdã & mulierculis imponunt, illis perſuadentes, ſe
ſcintillis & flãmæ radiis ſpiritus conſpicere qui ipſis lo-
ntur, & edoceant quodcunq; ſcire cupiant. Tali igitur
mento miſeros fallunt, perſuadentq; quod volunt, dan-
eſponſa iis, qui ipſos conſulunt, pro ſuo arbitrio. Vt verò
nes iſti gentiles, augures, incãtatores, & diuinatores ra-
oquuntur, & cum mora pondereq; reſpondent; in ſuis
õſis ſemper ſunt ambigui, & adeò aſtuti, vt, quomodo-
nq; res, de qua conſulti ſunt, cadat, ſuam exiſtimatio-
minimè periclitentur, dicantq; ſe euentum prædixiſſe.

DE

DE CAIVS.

Cajus hiſtoria. MALVM Punicam magnitudine æquat hæc a
folium eius dilutiùs viret, & carnoſum eſt flos candia
milis ferè Mali aureæ flori, ſed pluribus foliis conſtan
Caju. adeò odoratus. Præbet hæc arbor fructum Caju vulg
pellatum; qui quoniam boni ſaporis eſt & ventriculo
ab omnibus multum æſtimatur.

Eius fructus deſcriptio. EST autem hic fructus, magni mali inſtar, vald
uus & odoratus, intus ſpongioſus & ſucci plenus, ſin
granis, guſtu ſubdulci nonnihil tamen fauces coarct
Sed duplicem habet eodem anno ortum hac ratione:
ceſcente flore ſubſequitur faba * prægrandis, inter quam
florem intumeſcit quiddam malo ſimile, quod paulatim
bæ ſuccum ad ſe pertrahit: quóque malus incrementum
mit, eo faba ſiue nux magis minuitur, donec fructus
ju, hoc eſt, malum illud, plenam conſequutus ſit matu
tem, quod è colore flauo aut rufo (nam vterque color i
malis conſpicitur) & odore deprehenditur: maturo fr
inhæret nihilominus faba illa, & cum ipſo colligitur.

Eius vtilitas. BELLARIORVM vicem præbet hic fructu
vino ſumptus, aut ſine vino: nam præter ſaporis grati
vtilis admodum compertus eſt in ventriculi debilitate,
mitibus, & appetentiæ deiectu. Qui verò his auxiliis
egent, priùs in aqua nonnihil maceratum edunt.

Eius natales. NON vbique naſcitur hic fructus, ſed in hortis v
S. Crucis Regni Cochin inuenitur.

* Mirari ſatis nequeo noſtrum Auctorē huius nucis, c
in extremo fructu naſcitur, vel è qua, vt ipſe refert, ip
malum incrementum ſumit, & ſubſtātiam haurit, form
colorem, conſiſtentiam, & oleum in cortice concluſum (
ſecus ac in Anacardio) nō deſcribere; cùm apud Braſilian
quibus Cajus ſiue Cajous (ita enim pronunciandum) dici
non minore fortè in vſu ſit, quàm ipſum malum, vt ego
iis qui in Fernanbucho, diu vixerunt intellexi, & in anno
tionibus ad caput de Anacardio, hiſtoria Aromatum, adſ
pſi, ad quas lectorem remitto. Arbitror autem hunc fruct
in

gnum Cochin recèns fuiſſe illatũ, & propterea plenum vſum nondum innotuiſſe. Certè quotquot hactenus de ibus Indiæ Orientalis ſcripſerunt, nuſquam eius meerunt, nec ipſe quidem D. GARCIAS AB ORTA, paucos ante annos Aromatum hiſtoriam conſcripſit.

DE SPICA NARDI.

De Piſo veneno quod Lacuna commentariis in 6 cap. Dioſcorid. ſcribit ex Nardo Indica fieri, nec D. Orta uam ſumma diligentia exquirens, nec ego, tametſi plus de eo percontatus ſim, in India intelligere potuimus.

RÆSENTISSIMVM *quod apud hos eſt venenũ, tur* Bicho *de* Ormuz, *id eſt, Lacertus ex Ormuz, ſimilis Scinco eſt, de quo & eius exitioſiſſimo veneno, iabolica arte qua homines exſtinguere ſolẽt, referemus bro Animalium. Secundum locum obtinet* Manga *ſtris, de qua inferiùs. Tertium, quod è Tigridis pilis fit: nde quod è planta quadã lacteo ſucco plena, cuius ma naſcitur quantitas in prouincia Malabar. Sed & Nas locum ſuum obtinet.* Venenũ Lacerti ex Ormuz.

DE SCHOENO.

Et hoc capite omnia ex Garcia, quæ non eſſe repetenda imaui: eam ob cauſam in priore editione prætermiſe. Si quis verò quæ ab Amato Luſitano mutuatus eſt, ere velet; ipſius Amati enarrationem in lib. I. Dioſc. cap. choeno potiùs legat.

DE COSTO.

Sed & hoc caput ad verbum ex Garcia: quoniam verò cias Coſti facultates, quas pollicitus, minimè deſcripſit, oſta autem ex Dioſc. & Gal. adiecit, illas hîc ſubiiciemus.

Vis ei excalfactoria, vrinam ciet, menſes pellit, viuæ vuluam malè habent, tam impoſita, quàm fotu & tu, auxiliatur, contra viperarum morſus ſextantẽ biprodeſt, ad rupta, conuulſa, ac laterum dolores conuex vino & abſinthio, venerem ex mulſo ſtimulat, latas ris tineas ex aqua pellit, & contractas ex Sole macu-

las

las ex aqua & melle illitas emẽdat, horroribus ex oleo te febrium acceſsiones, & neruorum reſolutionibus ol tur. Additur in antidota & malagmata.

DE RHABARBARO.

Rhabarbari natales.

RHABARBARVM *ſingulare medicament dignumq́; veneratione apud omne humanum genus, i teriore Chinarum regione dumtaxat prouenit, vnde i bem Cantan (nobiliſsimum totius illius prouinciæ port emporiũ, vbi Luſitani habitant,) exportatur, & inde n bus in Indiam aduehitur. Alia item via ex eadem inte prouincia Chinarum cameli deferunt per Tartariam Vzbeque in Ormuz, & inde in Perſiam, Arabiã, & xandriam, vnde poſtea vniuerſæ Europæ communicatu non eſt adeò carioſum, & præfertur illi quod nauib Indiam importatur, eo quòd magna ex parte corrup eſt, facilè enim in iſta per mare vectione vitiatur.*

Canta vrbs, portus, & emporium.

HÆC *ſunt quæ de Rhabarbari natalibus comp ſunt, nec D. Orta cum inſigni ſua diligentia, nec ego p conſequi potuimus.*

De Rhabarbari præparandi ratione quorundam error.

QVOD *verò nonnulli ſcribunt, eius regionis inc Rhabarbarum macerare, deinde ſuccum exprimere, è ad ſolẽ depurato, trochiſcos parare ſoleant, Principibu ris purgandis idoneos, nobisq́; deinde radices exſucca inutiles mittere, fabula eſt, quam inde originem ſum arbitror, quod nonnulli gentiles mercatores Rhabar fungoſiori & vetuſtiori (vt faciliùs à corruptione liber néve teredo, quæ id erodere ſolet, innaſcatur) aquam feruentem, ſed tepidam adfundant, deinde lineis pa emundatum bacillis aut filo traiiciant, & exſiccent nonnulla foramina piperis tenuiſsimè triti polline & obturent: deinde probè ſiccatum in Pſyllij ſemine adſer*

HÆC *mihi retulit mercator Canarinus, vir pro quæ dumtaxat fieri ad præſeruandum à corruptione R*

barbari

barum, ſanctè affirmabat, addebatq́ rhabarbarũ in quo
ſpiceretur foramen, quo traiectum pependiſſet, ea ra-
ne præparatum fuiſſe, at ideo non improbari, neque aſ-
ſam aquam multum de ipſius viribus detraxiſſe.

De Radice Chinæ.

Vocatvr hoc excellens medicamentũ in China- Radicis Chinæ nomenclatura varia.
m regione Lampatan, in Decan Lampaos, in Cana-
Bonti, ab Arabibus, Perſis, & Turcis Chophchina.

Nascitvr abundantiſſimè in Chinarum regio- Eius natales.
; inuenitur tamen etiam in Malabar, Cochin, Cranga-
r, Coulan, Tanor, & aliis locis.

Planta eſt multis tenuibus ſpinoſisq́ue ſarmentis Eius deſcriptio.
dita, ſmilaci aſperæ non abſimilibus, quorum maxima
nimum manus digitum craſſitie non ſuperant, foliis
ntaginis latifoliæ magnitudine: radices pugnum non-
quam æquant, interdum minores ſunt, ſolidæ, graues,
idæ, interdum etiam rubeſcentes, & multæ ſæpenu-
o ſimul cohærentes.

Plvrimvs eſt huius radicis vſus in omnibus Facultates.
ētalis Indiæ prouinciis ad varios morbos: quin adeò in-
ia cenſetur, vt eã ſumentibus, tametſi nullã victus ra-
ē obſeruent, ſed liberè carnibus & piſcibus veſcãtur, ni-
ncõmodi adferre credatur. Vulgaris tamẽ quæ in Chi-
ũ Indiæ prouinciis obſeruatur, ſumẽdi huius radicis de-
i cõſuetudo eſt, vt radicis vncia vna, additis radicũ Apij
bus drachmis, decoquatur lẽto igne & ſine fumo, in de-
& ſex aquæ libris ad ſex librarum conſumptionem: re-
os decem in fictili vitriato adſeruãt, ſumuntq́ ſingulis
us recens decoctum, quoniam facilè corrumpitur, nec
n diem adſeruari poteſt. Eius verò tepidi manè ſu-
æger plenum hauſtum, duabúſque horis in lecto re-
et, poſtea ſurgit, duabus autem horis ante cœnam
lem haurit, interdiu de eodem frigido bibit.

PLERIQVE tamen etiã dum ſua negotia exerc
& nauigant, ſingulis diebus manè & veſperi duas eius r
dicis in puluerem redactæ drachmas ex vino, aut ipſius
dicis decocto felici ſucceſſu bibere ſolent.

Chinæ aqua ſtillatitia.

ORGANIS etiam ex hac radice recenti, aqua
citur, delicatioribus admodum familiaris: attamen &
aliis magna quantitas abſumitur, quoniam illi plurim
fidunt nõ modò in morbis à D. Orta enumeratis, ſed eti
in hemicrania, in herniis humoralibus & ventoſis, in c
veſicæ & penis callis, eorumq́ue vlceribus: venerē etiam
modum excitare creditur: decoctum tamen ipſa ſtillat
aqua præſtantius eſt. Optimè conſeruatur radix, ſi pip
confracto inuoluatur.

Radicis conſeruandæ ratio.

DE CROCO INDICO.

Croci Indici hiſtoria.

MAIORA latioráque habet Crocum Indicum f
quàm Orchis Serapias dicta, colore foliorum Scillæ, d
tiora tamen & tenuiora; caulem habet è foliis ſimul im
catis, & ſeſe mutuo amplexantibus, conſtantem: radi
foris Zingiberi ſimilem, intus croceam.

Curcum. Saroth.

PRÆTER nomina ab Orta enumerata, apud A
bes etiam Curcum dicitur, apud Turcos Saroth.

DE GALANGA.

Duplex Galanga.

DVPLEX eſt Galãga medicamentum vſibus hu
nis valde neceſſarium, dignúmque vt Pharmacopolæ in
officinis perpetuò habeant.

Lauandou.

VNA minor & odorata, quæ cũ Rhabarbaro ex C
narum regione in Indiã aduehitur, & inde in Luſitan
defertur, incolis Lauandou dicta.

ALTERA maior, plurima naſcens in Iaua & M
labar; cuius deſcriptionē, quòd maiore ſit in vſu, hîc dan
Ea duorum cubitorum altitudine creſcit, nonnunquã
pli

ior, fœcundiore præſertim ſolo: folia habet Orchidi Dioſ-
r. lib. 3. deſcriptæ ſimilia, longiora tamen & latiora, ſu-
rnè ſaturatiùs, infernè dilutiùs virentia: caulem ex folio-
m inuolucris conſtantem, vti in Orchidũ generibus: flo-
n candidum, inodorum: ſemen exiguũ, neglectum: ra-
em ſecundum caput craſſam & bulboſam, reliqua ex
rte Zingiberi ſimilem, ſed maiorem, nonnunquam capi-
a, haſtulæ regiæ modo, proferentem.

SERITVR radice, quæ mirum in modum ſeſe pro-
gat.

APPELLATVR à Canarinis & Brachmenis (qui-
s maximo eſt in vſu cùm in hominum tum iumentorum
rbis, quíq; eam ordinariè cum Oriza, vel piſcibus, vel
acetariis edunt) Caccharu, ab Arabibus Caluegian, Nomina varia.
Iaua Lancuax, in Malabar Cua.

ADEO autem vulgaris eſt apud Malabarenſes huius Eius vſus & facultates.
licis vſus, vt non modò in medendis morbis eam vſur-
t, ſed in farinam etiã conuertant, ex qua Cocci ſeu nu-
Indicæ lacte, nonnunquã Sura, aut Iagra excepta, cer-
n quoddam panis genus pinſunt in tenuium placentula-
n formam, Apas vocant: in deliciis eſt hic panis, præ-
tę; iis qui ventriculi debilitate & frigiditate laborant,
lui doloribus, vteri affectibus, & vrinæ difficultatibus:
poſtremo in morbo miram eius efficaciam experiuntur,
ob humores craſſos & pituitoſos, flatúſve aut arenulas
reteribus aut collo veſicæ congeſtas, vrinæ difficultas
a ſit, vel etiam ex carnis excreſcentia in ipſo veſicæ collo
meatibus nata. Præbent verò edendum hunc panem,
de hauſtum Nimpa (quæ veluti aqua ardens eſt) Nimpa.
cedunt; in inguinibus verò ſupráque pubem & collum
icæ, folia Nymphea decocta in aqua & macerata atq;
uc calentia applicant.

Neque hic auctor, neq. Garcias ab Orta mihi ſatisfaciũt
Galãgæ maioris deſcriptione, præſertim ſi ea, qua Euro-

pæ officinæ vtũtur, legitima eſt Galãga maior: etenim ei radices multo maiorem ſimilitudinem habent cum Irid quàm cum Aſphodeli aut Zingiberis radicibus. Et certè om nino mihi perſuadeo, Galangam noſtram maiorem Irid genus eſſe, huic fortè ſimile quod in mea Pannonicaru ſtirpium hiſtoria primum eſt. nihil tamen ſtatuo.

De Zingibere.

Zingiberis deſcriptio.

TRIVM *aut quatuor palmorum magnitudine a ſurgit, foliisq́ eſt Milio maiori, quod lachryma Iob vul nuncupatur, admodum ſimilibus; caule verò Aſphodeli craßitie, ex multis foliorum inuolucris conſtans, vt vel exigua quædam arundo appareat; radicibus quodammo Iridi ſimilibus.*

De ligno colvbrino.

Duæ ligni colubrini ſtirpes.

BINÆ *ſtirpes in Malabar inueniũtur plurimum di ſimiles cùm forma, tum naſcendi modo, vno tamẽ eodem nomine nuncupatæ, Lignum Colubrinum, quòd ſingu mirum in modum vtiles ſint aduerſus colubrorum morſ*

Prioris hiſtoria.

PRIOR *naſcitur hederæ modo, colore Dracunc maioris, ſiue Serpẽtariæ: folia illi ſunt Bryoniæ ferè ſimil integra tamen initiò, neruoq́ prædita per lõgitudinem e currente, & quinque aut ſex venis in latera vergentib ſucceſſu temporis accedũt exigua foramina, quæ paulat cum foliis incrementum ſumunt, donec tandem omnino f lia ſcindant, eaq́ vitis foliis ſimilia reddant: conſpiciunt enim interdum in eadem ſtirpe folia integra, alia exigu nõnulla maioribus foraminibus prædita, omniaq́ adeò i ter ſe dißimilia, vt minimè eiuſdẽ plantæ folia eſſe videa tur. Tantam verò habet hoc lignum cum colubro ſimilit dinem, vt qui nõ norit, aut de die viderit, ſi ad Lunæ ſple dorem noctu conſpiciat, viuum colubrum eſſe exiſtimet*

Eius facultates.

VVLGO *cenſetur præſtantißimum remedium a uerſus colubrorum & viperarum morſus: incolæ ſanè, d in ag*

agros tendunt, magna ex parte circumferre ſolent hoc
num (ſunt enim in ea prouincia multæ viperæ, variaq́;
pentum genera) aiuntq́; ſolo eius odore ſerpentes fuga-
& ſi, dum colubros venantur, illos attingere hoc ligno
eant, ilico rumpi & exſtingui.

Alterius historia.

ALTERA *admodum breuis eſt & tenuis, triaq́; ſo-*
nmodo folia habet, mollia, læuia, ſaturatiùs virētia: flo-
n aut fructum non conſpexi, nec quenquam inueni qui
idiſſe aſſereret: radix oblōga & tenuis eſt, minimo digi-
ninor, hinc inde nonnunquam extuberans, & ſumma
ure ſerpens: exterior eius cortex valde tenuis eſt & ci-
eus, nullo, dum guſtatur, manifeſto ſapore præditus, de-
tamen guſtum in ore relinquens ſuauem, & vti Mo-
s odoratum: fiſſus eſt vndique hic cortex, & ſponte ſe-
xpedit ab alio craſſiore flauoq́; cortice ſubtus naſcente,
odorem Loti ſilueſtris ſiue trifolij odorati vulgaris re-
, & ſaporem Glycyrrhizæ dulciorem: præmanſus au-
odore admodum ſuaui, nec iniucunda mordicatione,
nentanea tamen, præditus eſſe deprehenditur: ipſa ma-
s lignoſa eſt, candida, dura, & inſipida: folia napi ſapo-
referunt: germen producit hæc radix ſupra terram
ter quatuor vncias longum, in caput extuberans.

Nomenclatura.

NOMEN *huius plantæ apud Canarinos eſt* Duda

Eius vires.

RITAM *radicem cum aqua roſacea aut vulgari,*
um vino (indifferenter enim vtuntur) præſens cer-
q́; aſſerunt remedium aduerſus omnis generis ſerpen-
morſus. Plurimus etiam eius eſt vſus in febribus con-
s, tertianisq́;, ſyncope, ventriculi debilitate, & cordis
ore: daturq́; aduerſus omnis generis venena. Multi
ſanctè affirmarunt, dummodo manu hanc radicem
ent, nullos ſerpentes, vel alia ſimilia virulenta inſe-
ormidare: & certiſſimum eſſe, ſerpētes & viperas eius
tum minimè ferre poſſe, ſed fugere, celerriméque in

 aliam

aliam partẽ ſeſe proripere, ſi quis ante ſerpentes proiice

PERVTILIS etiam cenſetur iis quibus anhel ab ore vitiato aut dentibus corruptis fœtet, modò eam c tinuò mandant, dentiumq́; cauis geſtent.

Eius natales.

PROVENIT locis humidis, & inter arbores, p ſertim verò ſecundùm illas quæ Angelins [a] nuncupan nec procul à mari.

Colubrini ligni genus tertium.

INVENITVR & tertium Colubrini ligni genu eadem prouincia, vaſtæ arboris magnitudine, de quo in libro agemus.

* Neutrum horum ligni colubrini generum cum G. CIAE ligno colubrino conuenire facilè animaduertet, vtriuſque deſcriptiones diligenter conferet.

a Quæ arbor ſit Angelin, edoceri non potui, licet genter ab Hiſpanis & Luſitanis ſciſcitatus ſim: atque i rum plerique exiſtimant peculiarem illius regionis arbo eſſe, nobis ignotam; quam mirum eſt auctorem non ſcribere.

DE LIGNO MOLVCENSI.

Ligni Molucenſis natales & deſcriptio.

INVENITVR in Moluccis arbor quędã dome Mali cotoneæ magnitudine, cuius folia Maluæ vulgaris liis ſunt ſimilia, fructus verò auellanis, ſed minor, mol cortice & nigricante.

SERITVR coliturq́; in hortis diligenter, nec facilè inuenias: tanti enim ab incolis æſtimatur, vt p grinos ne ad eius quidem conſpectum admittant.

Panaua.

INCOLÆ Panaua appellant. Cùm verò iſtic R nomine gubernaret prudentiſſimus & animoſiſſimus I minus Ludouicus de Tayde, ipſius nomine hæc arbor d fuit, quoniam ille primus nobis eius inſignes facultates ruit. Accidit enim, vt nobilis quidam Luſitanus, Henr de Lima vocatus, dum in Moluccis verſaretur, anim uerteret quanta cura & diligentia incolæ hanc arbo colerent, quantiq́; æſtimarent, atque ideo illius facult apprimè intelligere cupiens, nonnullas tandem edoctus

Na

ictus igitur trunci huius arboris partē, eam obtulit Pro-
gi, bonarum rerum, & naturæ ſecretorum ſtudioſiſſimo,
quam medicamentum valde neceſſarium, cognitúque
num, & noſtris hominibus hactenus inauditum. Anno
tem ſexageſimo primo ſupra milleſimum & quingen-
imum interrogans me Prorex, an aliquid de hac arbore
udiſſem, aliquot eius facultates retuli quas ab aliis didi-
ſem, conquerens arborem nondum licuiſſe videre: tum
eius quod habebat fragmento me donauit, imperans vt
n iudicio & ratione experirer, nec vllius vitam pericli-
er, deinde rerum ſucceſſum illi ſignificarem: quod me
turum recepi. Eius itaque ligni periculum feci, cùm in
ullis ægris quorum curam habebam in noſocomiis, tum
variis morbis qui in longa nauigatione plerumque oriri
nt, dum in Luſitaniam redirem; partim adiutus facul-
um relationibus quas intellexeram, & vtendi methodo;
tim iis quæ Nobilis ille in Moluccis didicerat.

Illius ſemen iam antè videram, mihi donatum ad
s capiendum: etenim eo in aucupiis vtuntur non modò
lla regione, ſed etiā in multis Indiæ prouinciis, ad quas,
s rei gratia, venale defertur. Huius pauxillum cū oriza
ta mixtum auibus ſilueſtribus exponunt: quæ deguſtāt,
o decidunt ſopitæ & ſtupidæ; quæ verò auidiùs id edūt,
riuntur antequam illis auxiliū præberi poſſit, quod eſt,
frigida caput perfundatur. Graculi omnium citiſſime eo
guſtato exſtinguuntur. Eius ſemen in aucupiis vtile.

Nvnc ad ſalubrem huius arboris materiem acceda-
s, cuius pauxillum hodie plurimi facio.

Intvs ſumptum, aut foris appoſitum, omnibus ve-
nis reſiſtit. Ligni facultates.

Intro aſſumitur magno commodo ex aqua roſa-
s vel vulgari, auiumq; iuſculo, eius pulueris apta quan-
s, pro neceſſitate, & ægri natura, modò decē grana non
edat, ſed infra id pondus conſiſtat, ad viperarum, Regu-

Eius puluetis vſus.

lorum (qui ſerpentes pileati appellantur, & admodum n xij ſunt) aliorumq́ſimilium aſpidum aut ſerpentum m ſus, bibitur hic puluis ex aqua, ipſisq́ morſibus inſpergit Eadem ratione præbent in vulneribus quæ à ſagittis to co illitis facta ſunt, quibus illius regionis incolæ plurim vtuntur.

Pulverem verò ex hoc ligno ſibi parant lin pelle marinæ caniculæ cõfecta, aut tenui aliqua ferrea lin

Robvstissimo cuique dimidium eius ſcrupt ex aqua limpida tepida aut roſacea, aut gallinarum iuſc tepente, ſummo mane datur (cœna autem diei præcede parca eſſe debet) euacuat enim omnes humores, præſer craſſos, lentos, & melancholicos: cõuenit quartanis diu nis, febribus cõtinuis, iliacis coliciſq́ doloribus, flatibus, dropiſi, arenulis, renũ calculis, vrinæ difficultatibus, ſæu mæ colericæ paſsioni, aliiſq́ morbis, veluti articulorum tibiarum inueteratis doloribus, ſcyrrhis & ſcrofulis. O nis generis lumbricos necat, & appetentiam deiectã re eat: & ſi nimia fiat euacuatio, bibat æger dimidiũ cya

Canja.

Canja, hoc eſt, decocti oriʒæ, aut auiculã comedat, ſu ceſſabit, quod ſanè multa laude dignum eſt, paucisq́ me camentis vulgare, vt in poteſtate ſit medici aut ægri, p gari quantum cupierit. Huc accedit quòd neque fœtore neq́ tædium, neq́ metum, dum ſumitur, pariat, poſsitq́ ne diætæ obſeruatione, etiam iis qui ſua negotia foris p agunt, propinari, vti ex iis deprehẽdi qui vnà mecũ ead naui vehebantur, nullũ ſentiẽtes incommodũ, tametſi, d purgarentur, nulla diæta vterentur, viuerentq́ ſolutiſsi

Eius præſtantia.

Observavi etiam illius præſtantiam in inue ratis capitis doloribus, hemicrania, apoplexia, auriũ tin tu, arthritide, ventriculi & vteri affectibus & aſthma Propterea fidens illi plurimum, ſæpius in diuerſis natu ætatibus, & locis feliciter vſus ſum, & ſine vlla moleſt niſi quod in bilioſis naturis, calidiſq́ ventriculis, nonni

mo

leſtiæ parere, donec cibum ſumerent, & in nonnullis vo-
um excitare viſus eſt: ſed billioſis hunc puluerem non-
quam dedi ſyrupo acetoſo aut carambola condita exce-
m: aut in catapotia cum ſaccharo roſato efformatum.
EXHIBENDVS eſt ſummo mane, neque cibus aut
us concedendus donec purgati ſint quantum neceſſa-
m videtur: tum demum cyathus iuſculi gallinarum te-
idatur, dimidiaq́; aut integra hora pòſt cõceditur pul-
gallinaceus, & paululum vini aqua bene diluti: deinde
illo die potu abſtinet ad cœnam vſque, quæ parca erit,
facilis concoctionis. Subſequẽti die ſumitur ſaccharum
tum cum aqua bugloſſi, aut borraginis, aut communi,
ue iniicitur clyſter ad aluum eluendam.
SOLET verò interdum in nonnullis ani pruritum &
oriationem excitare, atque in aliquibus (ſed paucis ad-
lum) hæmorrhoides.
HÆC ſunt quæ de hoc ligno Panaua conſpexi & in-
exi: Nunc verò in illis regionibus magnus eſt eius vſus,
iq́; æſtimatio, vt ſine metu in multis morbis ſuprà enu-
atis vſurpent. Ego bis illud ſumpſi in coli dolore, & he-
rania, mihiq́; ſalutare eſſe deprehendi.
CETERVM cùm propter eius inſignes facultates
læ plurimi faciant, illasq́;, quantum in ipſis eſt, celare
ſtudeant, quæ proculdubio lõgè plures ſunt quàm quas
imus, ſperandum eſt temporis (quod omnia reuelat)
ceſſu, reliquarũ, quæ nobis adhuc ignotæ ſunt, notitiam
conſequuturos: easq́; in libro, quem præ manibus ha-
ius, fideliter enarrabimus, ſi, antè quàm in lucem pro-
t, intellexerimus.

DE MORINGA.

LENTISCI magnitudine eſt Moringa, cui perſimi- Moringæ hiſtoria.
habet folia: paucis prædita eſt ramis, eamq́; ob cauſam
guam præbet vmbrã, multis nodis ſcatet, adeoq́; fragi-

lis eſt, vt facillimè cùm ipſe frutex, tũ rami confringant
folia ſaturatiùs virẽt, viuidiq́ sunt coloris, ſaporis verò
liorũ napi: fructũ fert pedalem, raphani craßitie, octo a
gulis inſignitum, colore dilutiore inter viridẽ & cinereu
intus candidum, medulloſum, & in certa receptacula
ſtinctum, quibus continẽtur rotunda ſemina Eruo ſimil
virentia & admodũ tenera, ſed ſapore quàm folia acrio
Editur hic fructus cũ carnib⁹ coctus, aut alio modo parat

Eius vſus & facultates. HVIVS arboris radix Vnicornu & lapidis Bez
vices ſupplet, veraq́ theriaca eſt qua vulgo incolæ vtunt
cùm aduerſus omnis generis venena, tũ morſus ſerpenti
maximè noxiorũ, vulgo Culebras de Capillo dictoru
aliorúmque inſectorum, & virulentorum animalium, cũ
intrò ſumpta, tum foris applicata. In colerica quam voc
paßione ſingularis efficaciæ eſſe deprehendi. Miſcetur r
mediis melancholicos humores purgãtibus: & probè no
eſt Elephantiaſi laborantibus, quorum plurimos, eius co
tinuo vſu ſanari perhibent.

Eius natales. ABVNDE naſcitur variis Indiæ locis, ſed præſerti
tota prouincia Malabar, ſecundùm flumen Mangate, v
admodum luxuriat, multosq́ fructus profert, qui vulgo
foro venduntur, perinde atque fabæ in Hiſpania.

Nomenclatura varia. ARABES & Turcæ Morian appellant; Perſæ T
me, GuZaratenſes Turiaa.

DE LAPIDE BEZAR.

TAMETSI in altero libro, (quẽ De quadrupedib
ſerpẽtibus, & auibus, quæ in India inueniũtur, ſcribere ſp
ramus) de omnibus gẽmis lapidibusq́ qui in medicũ vſu
veniunt, ſimus acturi: placuit tamẽ hoc libro lapidis Bez
mentionẽ facere, quẽ, quotquot de eo ſcripſerunt, aut eo v
ſunt, & adhuc vtuntur, vno ore aſſerunt maximum pr
ſtantißimumq́ eſſe antidotum aduerſus omnia venen
non modò intrò aſſumptum, ſed etiam foris adhibitum.

INV

INVENITVR hic lapis variæ magnitudinis, for- Lapidis Bezar quátitas & forma.
mæq́;, & diuerſi coloris: nã ſunt qui dumtaxat dimidiam
rachmam, ſunt etiã qui duodecim & quindecim drach-
as pendant, quales ego conſpexi; nonnulliq́; adhuc maio-
s reperiri ferunt: ſunt præterea rotundi vti auellanæ, alij
longiores oui forma, aut columellæ; alij triangulares, alij
ſsiles vna parte, & gibbi altera, vti caſtaneæ: poſtremò
nnulli ſunt coloris ex viridi nigricantis, alij mali inſani
lorem referunt, alij obſcuriores ſunt, alij dilutiùs virent,
nonnulli etiam flaueſcunt.

GENERATVR iſte lapis in vẽtriculis animaliũ hir- Eius natales.
ferè ſimiliũ, arietis prægrandis magnitudine, colore ru-
, vti cerui propemodũ, agili, & acutiſsimi auditus, à Per-
Pazã appellato, quod variis Indiæ prouinciis, vti in pro- Pazan.
ontorio Comorim, & nonnullis Malacæ locis, tũ etiam in
erſia & Coraſone, inſuliſq́; quæ à Vacca cognomẽ adeptæ
nt, inuenitur: ſimiliter in Occidẽtali India, referẽte Petro
Oſina in epiſtola quam ad D. Monardis conſcripſit.

VT verò differũt figura & colore hi lapides, ſic etiam Eius varietas & differentia.
nnihil põdere & ſubſtantia variant: etenim eiuſdẽ ma-
itudinis videas, alios aliis leuiores, alios aliis ſolidiores,
uribusq́; aut paucioribus tunicis præditos, nõnullos etiam
q́; ad centrũ continuos, aliquos in quorũ meditullio pul-
is quidã reperitur, alios in quibus aliquid herbæ ſiccæ ſi-
ile, plurimos in quorũ centro paleolã tenuem ſolummodo
uenias, circa quam lapidem efformari quidam putant.

PRÆFERVNTVR autem Orientales, atq́; om-
bus Perſici antecellunt. Sunt qui, referentibus nonnullis,
ius lapidis puluere vtuntur ſingulis quindecim diebus, Huius lapidis puluis cuius ſit vſus.
iſtimantes eo medicamento partes corporis vitales, ge-
rationisq́; membra roborari.

ASSERVNT iis regionibus in quibus inueniuntur Animalium quæ hũc lapidẽ generãt venatores.
imalia, quæ iſtum lapidem generãt, venatores adeò eſſe
ritos & exercitatos, vt quænam animalia maiores lapi-
des

des contineant, ſolo conſpectu poßint iudicare, aiuntq;
animalia, in quorum ventriculis maiores lapides latent, mi-
nùs mobilia agiliáve eſſe, & lęta ſubtriſtiaq; apparere. In-
terdum etiam exſtincta animalia inueniri, in quorum re-
ceptaculis lapides grandes ſint.

Huius lapidis præſtantia.

PORRO *horum lapidum tanta eſt æſtimatio ap*
gentiles & indigenas, vt dicere ſoleant: Licet Deus om
in hominum vtilitatem crearit, damnum tamen quoda
modo eſſe, eum lapidem in alium vſum conuertere, qu
Principum & nobili ſtemmate progenitorum, quandoq
dem in plebis vſum, lapidis Bezar loco, radicem Morin
crearit, de qua ſuperiore capite.

DE ARBORE TRISTI.

Arboris triſtis natales & qualitas.

NONNVLLIS *Indiæ locis, præſertim verò in M*
labar, frequentiſsima naſcitur Arbor quædã magnitud
& forma ferè Pruni, multis prædita ramis tenuibus, & ce
ta per ſpacia nodulo diſtinctis, è quo vtrinq; ſingularia f
lia enaſcũtur Pruni foliorũ magnitudine, mollia & lan
ginoſa parte auerſa, quemadmodũ ferè ſaluiæ folia, & v
ridia nonnihilq; aſpera parte interiore, non adeò ſerrata
circuitu, vt Pruni folia, neq; tam multis venis prædita.
ſingulorũ foliorum ſede naſcitur pediculus quinq; capitu
ſumma ſui parte ſuſtinens, quæ quatuor foliolis ſubrotu
dis conſtant, è quorum medio quinq; flores exiliunt candi
di, elegantes, Aureæ mali floribus magnitudine & figur
pares, tenuiores tamen, elegantiores, & odoratiores, ped
culo magis ad rubrum quàm ad flauum colorem tendente
quo in illis regionibus edulia tingũt, quemadmodum apu
nos vulgo fit croco: fructus magnitudine lupini eſt, vireſcẽs
cordis effigie, per medium ſecundùm longitudinem ſectus
continens in vtraque parte quoddam receptaculum in qu
ſemen occluditur, magnitudine ſeminis Ceratij ſiue Sili
quæ, cordis effigiem retinens, album, tenerum, membran
ſubuirente tectum, nonnihil amarum.

VOCA-

VOCATVR *hac arbor in Canarin* Parizataco, *in* ...*layo* Singadi, *in Decan* Pul, *ab Arabibus* Guart, *à* ...*ſis & Turcis* Gul. Nomenclatura varia.

RES *eſt profectò obſeruatione digniſsima, conſpicere* ...*c elegantiſsimam arborem nocte pulcerrimis ſuauiſsi*...*q; olentibus floribus onuſtam & hilarem; & ſimul at*... *à Solis radiis illuſtratur, non modò flores omnes in ter*...*abiicere, ſed totam arborem cum ſuis foliis quodam*...*do marcidam apparere.* Odor.

INTER *omnes ſanè quos vnquã odoratus ſum flores* ...*lum meo iudicio memini cum hoc comparandum, præ*...*im initiò dum quis repentè locum ingreditur vbi hæc ar*... *eſt conſita: nam poſtquam manu contacti ſunt, exi*...*s & euanidus eſt odor.*

INDIGENÆ *iſtos flores cor reficere cenſent, ſed* ...*riuſculi ſunt: nam recenter ex arbore collectos, & in* ...*deguſtaui, & nonnullam amaritudinem ſemper de*...*endi. Gentiles etiam medici eius ſemen inter medica*...*ta cor reficientia recenſent.* Florũ vires.

MVLTI *Proreges, tribuni, atque alij priuati hanc* ...*rem in Luſitaniam transferre voluerũt, ſed irrito co*...*. Noui etiam quoſdam qui ſemen commodo tempore* ...*ctum & maturum, vaſculis figulinis vitratis atq; be*...*bturatis, item argenteis, pyxidibusque ligneis in Luſi*...*am detulerunt, ibiq; cum omni cura & diligentia ſe*...*unt, ſed nunquam naſci voluit.*

...N *Malabar autem & Goa, locíſque vicinis cum tan*...*cilitate naſcitur, vt quilibet rami in terram depacti* ...*prehendant.*

DE NEGVNDO.

...VÆ *arbores multis Indiæ locis, præſertim verò pro*...*ia Malabar inueniuntur, in vſu medico adeò commen*...*, vt multis morbis vtiles eſſe deprehendantur.* Duplex Negundo.

EA-

Prioris deſcriptio & nomenclatura.

EARVM *prior mas cenſetur, & à Canarinis* Vat Nigunda *appellatur, Amygdalæ magnitudine, foliis pernè virentibus, infernè lanuginoſis & hirſutis, folior Saluiæ modo; & in ambitu ſerratis, quæ procul aſpiciēt Sambuci foliis ſimillima videntur.*

Alterius hiſtoria & nomenclatura.

ALTERA *Negundo femina nuncupata, aut* N chila *à Luſitanis, vulgo in* Canarin Nyergundi *dicit in Balagate* Sambali, *in Malabar* Nochè: *vtraque v tam mas quàm femina Arabibus, Perſis, & Decan inc* Bache *vocatur, Turcis* Ayt. *Eadē magnitudine qua p aſſurgit, folia verò habet ampliora, rotundioraq́;, nequ ambitu ſerrata, foliis Populi albæ perquam ſimilia.*

VTRIVSQVE *generis folia Saluiam odore & pore referunt: deguſtata tamen magis amara & acria prehēduntur: in plurimis foliis parte auerſa ſummo m inhærens conſpicitur ſpuma quædam candida, quæ noctè illis emanat. Vtriuſque flos cinerei coloris eſt, plurimu ad* Roriſmarini *florem accedit. Vtriuſq. fructus admod ſimilis eſt piperi nigro, acris guſtus quidem, ſed mini vrentis vti Piper, at Zingiberi propemodum paris.*

ARBOREM *moderatè calidam faciunt, & ſem paulo plus caloris tribuunt.*

Facultates.

FOLIA, *flores, fructus, cōtuſa, aut in aqua decocta, in oleo fricta, vtiliter imponūtur omnibus doloribus ex q cunq; cauſa prouenientibus: præſertim verò in articulor doloribus ex frigida cauſa natis, atq; in tumoribus & co tuſionibus mirabiles præbet effectus. Vlceribus etiam vet ſtis folia trita imponuntur, felici ſucceſſu, quandoquid eorum materiā digerunt, eaq́; emundant, & ad cicatric perducunt, modò corpus non ſit impurum. Et ſanè in v neribus, apoſtematibus, & contuſionibus adeò vtilem ex riuntur, vt chirurgorum operam minimè requirant.*

Foliorum decoctum.

MVLIERES *horum foliorum decocto omni te pore vniuerſum corpus lauant; tantaq́; inuaſit perſua*

ap

d illas, Negundo folia, flores, & fructus, vtilia eſſe ad iu-
dum conceptum, vt eum, qui contrarium perſuadere
etur, lapidibus obrutura ſint.

Obstetricibvs etiã, quas illi Dayas vocãt, Dayas.
rimè nota eſt hæc arbor.

Adeo frequens eſt huius arboris vſus ad medendum Huius vſus.
lis regionibus, vt niſi Deus præciſos ramos multiplici fæ-
t renaſci faceret, iã diu fuiſſent conſumptæ arbores, aut
è maximi pretij nunc eſſent: Sed quo magis præcidun-
rami, eo feliciùs renaſcuntur, perpetuaq; fronde virẽt.

De nimbo.

Alia eſt arbor medico in vſu admodum commẽda-
Chriſtianis & Gentilibus, reliquiſq; earũ Indiæ pro- Nomencla-
ciarum incolis, rara tamen admodum: ſed qui eam cog- tura.
unt Nimbo appellant, Malabarenſes Bepole.

Magnitvdine eſt fraxini, cui procul aſpicien- Nimbo ar-
s perſimilis videtur: folia vtrinq. viridia ſunt, nec ab al- boris hiſto-
parte incana lanugine pubeſcũt, in ambitu ſerrata & ria.
cronata: rami multis foliis luxuriant, floribuſq; abun-
t exiguis, albis, quinq. foliolis conſtantibus, flauis in me-
ſtaminulis, Lotiq; ſilueſtris ſiue trifolij odorati odorem
rẽtibus: fructus eſt paruis oliuis ſimilis, ſubluteus, cor-
admodum tenui præditus, naſciturq; ex ramulorũ alis.

Hvivs arboris folia nõnihil amaricãt, ſaluberrimaq;
t trita & cum ſucco limonum impoſita vulneribus ſor- Facultates.
s, cuniculoſis, calloſiſq; cùm hominum tum iumento-
, digerunt enim, emundant, ſarcotica ſunt, & ad cica-
em perducunt. Foliorum item ſuccus perutilis eſt ſiue
os ſumptus ſolus, aut ex vino, aut aqua, aut gallinæ iuſ-
, ſiue vmbilico impoſitus ſolus, aut cũ fellis bubuli mo-
to, aut aceto, aut aloë, ad necandos & expellendos om-
generis lumbricos: quamobrẽ familiare admodum &
quam ſalubre medicamentum eſt omnibus illius regio-

nis

nis incolis, præſertim Malabar prouinciæ, quoniam lumb cis valde ſunt obnoxij. Magnus eſt etiam eorum vſus t florum & fructus in articulorū doloribus, tumoribus, me brorum debilitate, & apoſtematibus.

Eius oleum neruorū doloribus vtile.

OLEI *item ex eius fructu expreſſi magnus vſus neruorum doloribus: quo vulnera, neruorum puncturas contractiones curant Malabarenſes.*

DE IACA.

Iacę natales.

NASCITVR *arbor in nonnullis Indiæ inſulis ſec dùm aquas, quæ licet nullum medicum vſum præbeat, p pter amplitudinem tamen, & fructus elegantiam, mini prætermittenda eſt.*

Eius nomenclatura.

EAM *Malabarenſes* Iaca, *Guzaratenſes* Pan *Canarini* Panaſu, *Arabes* Panax & Iaca *nuncupa Perſæ mutato* p. *in* f. Fanax.

Eius deſcriptio.

VASTA *eſt arbor, foliis palmaris amplitudinis p dita, dilutè virentibus, neruo craſſo & duro per longitu nem excurrente: malum fert non è germinibus aut fo rum ſede, quemadmodum aliæ arbores, ſed ex ipſo tru maioribusq; ramis naſcens, longum, craſſum, obſcuriùs rens, craſſo duroq; cortice tectum, vndique veluti adam tum cuſpidibus ſepto, quæ in ſpinam breuem, viridem, groq; aculeo præditam deſinunt, admodum ſimilem L rionis ſpinæ, ſed minimè acutam aut pungentem, tam minitari videatur.*

HORVM *fructuum minimus eſt maximæ cucu tæ amplitudine. atq; etiam maior, præſertim in Malab vbi præſtantiores naſcuntur: nam qui in Goa proueniu minores & peiores ſunt, atque magis inſipidi. Cùm ma rus eſt hic fructus, bonum odorem ſpirat, eiusq; duas di rentias conſtituunt: Vnam* Barca *appellatam, & præſt tiorem: alteram* Papa *aut* Giraſal *dictam, minusq; nam: deprehenditur poſtrema ex mollitie, quoniam ſi n*

nu

apprehendas, digitis cedit. Præſtantiſsimi verò fructus
etium quadraginta marauedis non excedit, hoc eſt, pau-
plus regali Caſtellano. Per longitudinem ſecti hi fructus,
us candidi, & denſa carne præditi apparent, ac veluti in
pſulas aut receptacula diuiſi, plena caſtaneis longiori-
s & craſsioribus quàm ſint dactyli ſiue palmulæ, cinerea
nica tectis, & intus albis caſtanearũ vulgarium modo,
ſtu terreſtri & aſpero, ſi virides edantur, multoſq; fla-
generãtibus: at ſi vti Hiſpanicæ caſtaneæ aſſentur, gu-
ſapido & venerem excitantibus, ob quam ſolam rem
bs frequentiùs vti ſolet. Sunt autem ſingulæ hæ caſtaneæ
pa flaueſcente & aliquantulum lenta inuolutæ & pul-
n Durionis nonnihil referente, tametſi ab eo differat:
ti ſaporis eſt, præſertim quæ in Iaca Barca cognomina-
ontinetur, optimi Melonis pulpæ admodum ſimilis: du-
amen concoctionis eſt, & admodum grauat ventricu- Eius facultates noxiæ.
: atque, vt illarum prouinciarum medici aiunt, ſi in
triculo corrumpatur, noxios & venenoſos humores
erat: quique frequentiùs hoc fructu veſcuntur, facilè
eſtilentem illum & peſſimum morbum Morxi appel- Morxi morbus.
m incidunt.

DE DVRIONE.

RVCTVS eſt in Malaca adeò grati ſaporis & odo- Durio vbi naſcitur.
t reliquis qui in ea prouincia gignuntur, tametſi pluri-
nt & boni, præferendus videatur. Cuius præſtantia, &
iam Doctor ab Orta illius etiam meminit capite de
ura, licet eum non vidiſſet, me impulit vt de eo ſcribe-
tanquam oculatus teſtis, tametſi in medicina nullum
n obtineat.

OCATVR hic fructus in Malayo (quæ prouincia Eius nomenclatura.
i gignitur) Duriaon: ipſius flos Buaa: arbor ipſa
n.

RÆGRANDIS eſt hæc arbor, materie valida & Eius qualitas.

T ſolida,

ſolida, craſſo cinereoq́ cortice tecta, multis ramis luxuria
& copioſum fructum præbens: flores habet ex albo nonn
bil flaueſcentes, folia dimidij palmi longitudine, duoru
aut amplius digitorum latitudine, in ambitu tenuiter ſe
rata, parte externa dilutiùs virentia, interna verò ſatur
tiore virore, & quodammodo ad rufum tendente præ
ta: fructum Melonis magnitudine, denſo cortice ſeptu
eoq́ multis breuibus craßisq́ & pungentibus aculeis h
rente, foris viridi & veluti ſtriis quibuſdã quemadmod
Melo ſecundùm longitudinem diſtincto: intus verò con
merationes quatuor ſecundùm longitudinem habet, ſing
las tria aut quatuor receptacula continentes, quibus ſ
guli fructus inſunt admodum cãdidi vti lactis pingue, m
gnitudine oui gallinacei, guſtu ſuauiore odoratioreq́ qu
ſit condimentũ illud ab Hiſpanis Manjar blãco appel
tum, non tamen adeò molles aut glutinoſi: nam qui can
re illo non ſunt præditi, ſed flaueſcunt, putridi ſunt, aut
ris iniuria pluuiáue corrupti. Optimi cenſentur qui
dumtaxat fructus in ſingulis cõcamerationibus, deinde
quatuor obtinent: nam qui quinque habent, improbi c
ſentur, quemadmodum & illi quibus ſunt fiſſuræ aliq
non ſolent verò in ſingulis malis plures quàm viginti f
ctus contineri, iiq́ ſinguli incluſum habent nucleum, n
perſici nucleo ſimilem, non rotundum, ſed oblongiuſcul
guſtu inſipido, quiq́ guttur exaſperet, veluti meſpila v
dia: propterea non eduntur.

Eius fructus edendi ratio. CALIDVS & humidus eſt hic fructus: & qui e
volunt, pede leuiter comprimere & frangere ſolẽt, pro
ſpinas quibus obſitus eſt.

QVI nunquam hos fructus ederũt, cùm primùm
olfaciunt, videntur putridas cepas odorari: ſed poſtqu
deguſtarunt, præ reliquis cibis bene olere & ſapere cenſ

Eius vires. EST verò tanta in exiſtimatione, apud eos qui
dediti ſunt, hic fructus, vt putent neminẽ eo poſſe ſatur
propt

propterea varia dant illi epitheta. Memini videre quædam Epigrammata ab eleganti Poëta in laudem eius cōſcripta. quæ (ſi hic locus ferret vt adſcriberentur) non dubito quin lectori plurimum eſſent placitura.

TANTA tamen eſt huius fructus in Malaca abundantia, vt ſinguli non pluris quàm quatuor marauedis veneant, præſertim menſibus Iunio, Iulio, & Auguſto: nam reliquis pretium intenditur pro hominum arbitrio. Pretium & æſtimatio.

ADMIRATIONE porrò digna eſt Betele cum hoc fructu antipathia, quæ profectò tanta eſt, vt ſi quis in nauem, Durionibus plenam, ædéſve aut concamerationem, vbi adſeruentur, aliquot Betele folia reponat, corrumpantur & putreſcant omnes. Et ſi cui ex Durionum immodico eſu ventriculus inflammetur & grauetur, folio Betele ſupra ventriculum impoſito, ſubitò mitigatur inflammatio, tumorq́; tollitur. Et, ſi à Durionum eſu ingerantur aliquot Betele folia, nullam noxam ſentiet, quātumuis multos ederit. Inde fit, tum etiam ob eius guſtum ſuauem, vt vulgo dicatur, neminem eorum eſu poſſe ſatiari. Eius mira cū Betele antipathia, & facultates.

DE MVSA * SEV FICV INDICA.

DECEM & octo aut viginti palmorum magnitudine attollitur hæc pulchra & elegans arbor, cuius truncus ex multorum corticum ſibi mutuo incumbentiū coniunctione conſtat, & humani cruris craßitiem adipiſcitur, radice rotunda & craſſa, Elephantorum grato pabulo: foliis nouem palmorum longitudine, duorum cum ſemiſſe latitudine, neruo ſatis craſſo per longitudinē excurrente, & tranſuerſis fibris in latera ſparſis, parte ſuperiore ſaturis, inferiore dilutioribus: ex huius arboris faſtigio naſcitur veluti thyrſus quidam florum ſimul congeſtorū in modum pinei ſtrobili coloris rufi: deinde vnicū ramum fert humani brachij craßitie in multos nodos diuiſum, è quorum ſingulis decem aut quatuordecim dependent ficus, ita vt nonnunquam ra- Muſæ hiſtoria.

mus centenis aut ducentenis ficubus onuſtus conſpiciatur.

Eius variæ ſpecies.

Hos in diuerſas ſpecies diſtinguunt Luſitani prouinciam incolentes: nam Cenorius appellãt qui admodum flauẽt, læues, longiuſculi, gratique ſaporis ſunt, & odoratiores: Chincapanoes verò qui vireſcunt nonnihil, longioresq́; ſunt, iique etiam grati ſaporis. Laudantur præterea qui in Çofala naſcuntur, Aethiopibus Inninga dicti.

Nomenclatura.

LEGITIMVM autẽ nomen apud Arabes & Perſas (vt è præſtante medico Perſa in Ormuz nato intellexi) eſt Mous, non autem Muſa aut Amuſa: arboris verò Daracht Mous. Reliqua nomina ex GARÇIA petenda.

Eius arboris ſerendæ ratio.

SEMEL dumtaxat ſeritur hæc arbor; nã ex eius radice aliæ enaſcũtur: ſingulæ verò vnicum (quemadmodum retuli) fructuum ramum geſtant, qui, dum maturi ſunt reſcinditur, plantamq́; ipſam ſponte exſiccari ſinunt, tanquam in poſterum inutilem; aut amputant, in domeſticorum Elephantorum pabulum.

Eius vſus.

NONNVLLI interiora tenerioraq́;, antequam explicentur, folia, florumq́; thyrſum pipere, Zingibere recenti, allio, ſale, & aceto condiunt, & capparum modo edunt. Folia verò quoniam ampliſſima, mollia, frigidaq́; ſunt, ſubſternere ad accumbendum in æſtu ſolẽt: & ambuſtis nonnunquam imponunt. Ruellius huius fructus meminit ex auctoritate Theophraſti & Strabonis.

* Nemo meo iudicio accuratiùs hanc ſtirpem deſcripſit quàm Ouiedus ſub Platani nomine. Eius hiſtoriam Latinam fecimus, & ſcholiis in ſecundum GARCIAE librum cap. de Muſa inſeruimus.

DE MANGAS.

Mangas hiſtoria.

VASTA hæc eſt arbor, & multis ramis prædita, fructumq́; fert magna ex parte anſerino ouo maiorem, nonnullis interdum Indiæ locis binas libras, aut amplius pendentem; in eadem verò arbore perſæpe colore differẽtes iſti fructus conſpiciuntur: alij enim dilutè virent, alij flauent, quidam etiam ex viridi rubeſcunt: grati admodum ſaporis

odoriſ-

loriſq́ eſt; & quando non eſt corruptus, duracinis perſi-
s (quæ à carne firmiore flauaq́ Melocotonea vulgo
pellantur) præſtat.

In multis prouinciis naſcitur, vti in Malabar, Goa Natales.
uzarate, Balagate, Bengala, Pegu, Malaca, aliiſq́ In-
locis, & in Ormuz, vbi reliquis præcellit.

Nominatvr Mangas, in Canarin Ambo, à Nomenclatura.
rſis & Turcis Amba: permanetq́ in arbore ab Aprili in
uembrem vſq́ interdum, pro locorum natura & ſitu.

Editvr hic fructus in laminas ſectus aut ſine vino, Eius fructus edendi, condiendi, & conſeruãdi ratio.
vino maceratus. Conditur etiam ſaccharo vt commo-
adſeruari poſſit, atq́ interdum cultello aperitur, & in
meditulliũ zingiber recens, allia, ſinapi, ſal, cum oleo
ceto inſperguntur, vt vel cum oriza edant, vel oliua-
conditarum modo. Saliunt etiam & elixant, atque in
m venalem proferunt.

rigidvs & humidus eſt, tametſi vulgus cali- Facultates.
conſtituat, & multas mordicationes in eorum, qui
ntur, ventriculo parere affirmet. Quin & indigenæ
ci calidum faciunt, & vituperant, dicentes ſerpigi-
eryſipelas, bilioſas febres, phlegmonas, & ſcabiem ge-
re. Quod fortè accidit ab eius in ventriculo corruptio-
d eo tempore quo inuenitur hic fructus, propter im-
ratum æſtum, in ſimiles morbos incidunt etiam non-
qui illo abſtinent.

nteqvam probè maturus ſit, guſtu adſtrin-
eſt, & ea pars quæ oſsiculo vicinior eſt, acerbior: ſed
rus dulcis & ſapidus eſt. Præduro putamine, vndi-
ue tomento, aut duris fibris tranſuerſim & obliquè
rentibus operto tegitur nucleus longiuſculus & craſ-
lus, magnitudine iligneæ glandis, candidus, & can-
ute tectus, guſtu amaro dum crudus eſt, ideoq́ ad-
lũbricos & alui profluuia vtilis: toſtus verò iligneas
es ſapit.

INVENITVR etiam huius genus ſine oſsiculo, pala
to admodum gratum.

Mangas ſilueſtre aliud genus.

ALIVD eius genus ſilueſtre reperitur Mãgas braua
nuncupatum, adeò præſentis veneni, vt indigenæ illo ſe
mutuo perimant: nam ſi quis paululum ederit, ilico mo
tur: interdum oleum admiſcent ad exacuendam eius vim
vtq́ celeriorem perniciẽ adferat: ſed quocumque tande
modo ſumptum, adeò celeriter perimit, vt hactenus nu
lum ſit repertum antidotum ad illius vim compeſcenda
Dilutè viret, & aliquantulum ſplẽdet, lacteo ſucco abu
dat, paucaq́ carne præditus eſt, nam craſſo cortice ſolu
modo integitur oſsiculum prædurum & cartilagineu
Cotonei tamen mali magnitudine eſt.

Eius facultates.

Natales.

PER vniuerſam prouinciam Malabar prouenit c
pioſè hæc arbor, domeſtica ſiue ſatiua minor, breuioribu
& craſsioribus foliis. Pueri his fructibus, aureorum ma
rum loco, ſeſe mutuo petere conſueuerunt.

DE ANANAS.

Natales.

PEREGRINVS eſt hic fructus, & ex prouin
S. Crucis in Braſilia primùm in Indiam Occidentale
deinde etiam in Orientalem Indiam delatus, in quibus
vberrimè prouenit.

Eius hiſtoria.

CITRII verò mali minoris magnitudine eſt, adn
dum flauus & odoratus cùm probè maturus eſt, adeò
prætereuntes ex odore dignoſcere queãt ædes in quibus
ſucculentus & gratiſsimi ſaporis, procul intuentibus cin
videtur, ſed pungentibus aculeis caret. Singulæ ſtirpes C
dui edulis magnitudinem æquant, vnicúmque malum
ſtant in medio quaſi caule, & circa eum multas alias p
les, quarum nonnullæ etiam ſuo fructu præditæ ſunt.
itaque fructus maturos colligunt, proles ilico terræ mãd
ſolent: è quibus ſingulæ deinde ſtirpes proueniunt ſuo m
onuſ

uſtæ, vti mater; quæ intra annuum ſpatium colliguntur. us radix carduo eduli perquā ſimilis eſt, ſed & folia non it diſparia, tametſi ad Ananas *ſilueſtris folia magis ac-lant. Vulgo* Ananas *vocant:* Canarini *verò* Ananaſa.

CVM *primùm in Indiam illatus eſt hic fructus, ſin-i decem ducatis, aut paulo amplius æſtimati ſunt: nunc ò propter abundantiam (tametſi neq; ſapore neq; odo-rimis cedant) vix duobus regalibus Caſtellanis veneūt.*

HACTENVS *in medicū vſum non eſt receptus, ſed ommodo ob ſaporis gratiam commendatur.* Calidus & *nidus eſt, editurq; maceratus in vino, vti Perſicū malo-oneum, & facilis eſt concoctionis; nimius tamē eius vſus ammationes parit, quemadmodū* Duriones Malacēſes. Eius vſus.

SI *medius ſecetur, & partes denuo coniungantur, untur vti cucumeres: perfoſſus verò cultello, ſi in vul-e vnius diei aut noctis ſpatio cultellus relinquatur, inue-ur tota ea pars, quæ in vulnere hæſit, abſumpta.*

Conſule noſtras annotationes in 2. lib. Aromatum, Ca. de Mangas.

DE ANANAS SILVESTRI.

ALTIVS *aſſurgit qui Ananas ſilueſtris nuncupatur: nq; truncum habet haſtæ magnitudine læuem admo-n, rotundum, & Mali aureæ craßitie, ſpinis horridum: a ſpinoſis cuſpidibus prædita, & per ambitum mollibus is ſepta. Singulæ arbores ſecundùm radicē ſumma tel-e magnam foliorum comam fundunt, maiorum quàm e in arbore ſunt, quæq; procul intuentibus Aloës foliis ſi-ima videantur, tenuiorum tamen, pluribus ſpinis horri-um, & dilutè virentium: adnatis ſe propagat, aliæque bes ex aliis enaſcūtur, præſertim in ſepibus & hortorum itu, quos egregiè muniūt. Rami foliorum ſimul glome-rum capita proferunt flauentium admodum, & tene-i, ſuauißimi odoris, quæ nihil aliud ſunt quàm flos ipſe:* Ananas ſilueſtris deſcriptio.

 ex ho-

ex horum ſingulis ſpica prodit Arundinis ſpicæ non abſi
lis, ſed craßior, compactior, & elegãtior, odore Cedri. E
mis dependent fructus Ananas brauo, *id eſt*, Ananas
ueſtres dicti, quoniam cum domeſticis nonnullam habe
ſimilitudinem, Melonis magnitudine, coloris rubri elega
tus & oculos oblectãtis, toti in partes diuiſi, quemadmod
Cupreßim ſtrobili, ſeu nuces exſiccatæ, ſed tuberculis f
obſiti, vt procul ſpectantibus magni pinei ſtrobili appare

Cuius facultatis ſit.

CAPITVM *teneriora folia ſeu flores crudi edunt*
carduosq́; ſapiunt, ſed exiguum alimentum præbent.

FRVCTVS *(quem pauci deguſtant) ſapore vtcun*
ſuaui præditus eſt, adſtrictionis tamen auſteræ, & pal
parum gratæ, particeps.

SVCCI *plena eſt tota planta cũ ſuis radicibus. Hu*
ſex vel octo vnciæ ex ſaccharo ſummo manè ſumptæ p
ſentißimum certißimumq́; cẽſentur eſſe remediũ aduer
iecoris & renum calores, renum vlcera, purulentas vrin
& penis excoriationem: nam magna ex parte poſt t
tium diem ſanantur.

VTILEM *etiam in diabete eſſe ferunt: at non ſ*
expertus.

ARABES *admodum laudant aduerſus eoſdem m*
bos & eryſipelas; & Queura *vocant, quemadmodum*
Decan; Perſæ Ananaſa, & Angali *florem (qui caput*
lud foliorum odoratum eſt) Arabes Chuxtaid, *Pe*
Pixcoxbuith *dicunt: Turcis eſt ignota.*

* Habet hæc planta aliquot notas non diſſimiles A
Americanæ.

DE CARCAPVLI.

Carcapuli hiſtoria.

CARCAPVLI *Malabaribus*, Garcapuli *Can*
rinis, vaſtæ magnitudinis arbor eſt, fructum ferens M
aureo cui cortex exemptus ſit, magnitudine, & forma
milem, ex grumis omnino conſtantem, (ſed non ſepara
li

s ab inuicem vt in Malo aureo) tenui, læuiq; & ſplen-
ti cortice tectum, non admodum ſicco, colore pallido, at
maturuit aureo: guſtu admodum auſtero, ſed quadam
ſtrictione grato.

Eo vtuntur in cibis, magnaq; apud incolas illius eſt in curationibus: ſed inter omnes, quæ experientia comprobatæ ſunt, primas obtinet profluuij alui cuiuſcunque ge-
is constrictio, in iis præſertim qui nimio veneris vſu hoc
lum contraxerunt: editur verò aut ipſe fructus matu-
, aut eius ſuccus cum oxygala ſumitur, aut illius exſic-
puluis: cum oxygala autem mixtus & cocta oriza,
ificè appetitum deiectum reuocat. Vtilis etiam eſt eius
us, & exſiccati puluis, in oculorum caliginibus & ſuf-
nibus. Familiaris eſt fructus puluis, obſtetricibus, puer-
s enim exhibere ſolent ad pellendas ſecundas, & ad
gationes, atq; lactis vbertatem præſtandã, tum etiam
acilitandum partum magna vt aiunt efficacia. Eius vſus.

Svccvs eius cum aliis plantis mixtus vngui maio-
igiti pedis imponitur eodem latere quo quis aut caligi-
, aut ſuffuſionis initium in oculo habet, vtilemq; eſſe
bibent.

Transfertvr hic fructus ſiccus ex Malabar
lias prouincias.

De carambolas.

Frvctvs quem Malabares & Luſitani Caram-
as appellãt, in Decan Camarix, in Canara Cama-
& Carabeli, in Malayo Bolimba, & à Perſis Cha-
roch dicitur; naſcitur in arbore cotoneæ magnitudine,
s mali, paulo longioribus, coloris viridis ſaturatioris, &
us amaricantis: floribus paruis quinq; foliolis conſtan-
s ex albo ruſeſcentibus, nullo quidem odore gratis, ſed
ctu elegantibus, & guſtu oxalidis acetoſo. Ipſe verò
tus maiuſculi oui gallinacei magnitudinem æquat, ob- Carambolas hiſtoria.

longus, flaueſcens, atque veluti in quatuor partes di-ſus, ſulcis illis paulo altiùs impreſſis magnam gratiam dentibus: in meditullio continet ſemina tenera, ſap aciditate palato grata.

Eius vſus. M VLTI *vſus eſt in medicina & in cibis: namq; m turum exhibent in biliofis febribus; & ſacchare conditu ſyrupi acetoſi loco præbent. Canarini eius ſucco, cum a medicamētis iſtic naſcentibus, collyria parare ſolēt ad o lorum nubeculas tollendas. Obſtetricē (quæ illis Daya a citur) vidi fructu ſicco & in puluerem contrito & fo Betele vtentem ad ſecundinas à partu expellendas, f tumq; mortuum educendum.*

E IVS *etiam muria conditi frequens eſt vſus, cù gratiſſimi ſit ſaporis, & appetentiam excitet.*

DE IAMBOS.

A LIVS *eſt in India fructus, qui ob aſpectus elega tiam, ſuauemq; odorem & ſaporem, tum etiam ob eius medicina vſum, dignus eſt cuius hiſtoriam hîc apponam.*

Iambos hiſtoria. A RBOR *verò quæ hunc fructum præbet, vaſta eſ maximā Malum aureā, quæ in Hiſpaniis naſcatur, æqua multis ramis in latum expanſis, multamq; vmbram pr bētibus prædita, aſpectuq; pulcherrima; caudex maiores rami cinereo cortice integūtur: folia pulcherrima ſunt, l uia, palmū aut amplius longa, craßiore neruo per longit dinē, multis autem obliquis venis in latera excurrentib parte ſuperna ſaturatiùs, inferna verò dilutiùs virētia: fl res ex rubro purpuraſcentes, viuidi admodū coloris, mul ſtaminibus in medio præditi, aſpectu pulcherrimi, gu capreolorū vitis ſimili: Fructus magnitudine eſt Pyri qu à Rege cognomen accepit, eiusq; duo ſunt genera: vn enim adeò obſcurè rubet vt niger videatur, magnáque parte oßiculo caret, & ſucci bonitate præſtat: alter ex ca dido rubeſcit, & oßiculū continet album, durū, non adm du*

rotundũ, oſsiculi quod in perſico malo eſt magnitudi-
tue, & cãdida hirſutaq́; membrana tectũ; qui licet ſu-
ori bonitate cedat, dignus tamen eſt delicatiſsimorum
m hominum palato; vtriuſq. odor ſuauiſsimam roſam
rt. Frigidus & humidus eſt, & admodũ tener; cortice
ò tenui & molli tectus, vt cultello auferri non queat.

ALTE ſuas radices terræ infigit hæc arbor, & poſt
rtum annum fit fructifera: fructum ſæpius eodem an-
perficit, & nunquam ſine flore aut fructu conſpicitur,
iidem rami floribus, fructu viridi & maturo ſemper
onuſti ſint, decidentibusq́; quotidie floribus (ſic vt ſo-
rubro colore tinctum quandoq. videatur) noui ſubna-
tur, fructusq́; alij primùm enaſcantur, alij matureſcãt,
iam maturi colligantur. Succuſſa arbore maturi facilè
idunt: comprehenſi verò rami ad fructus colligendos fa-
mè ab arbore reuellũtur. Ante reliquos cibos initio men-
di ſolent atque interdiu.

MALABARES & Canarini hunc fructum Iam-
li vocant; Luſitani iſtic habitantes Iambos, Arabes
pha Indi, Perſæ Tuphat, Turci Alma: Luſitani ar-
em Iambeiro appellant. Nomenclatura varia.

FLORES & fructus ſaccharo condiri ſolent, iisq́; fre-
enter vtuntur in bilioſis febribus, & exſtinguendæ ſitis
tia. Facultates.

DE IAMBOLOINS.

HVIVS arboris materies cortice integitur coloris
è eiuſdem cum Lentiſci cortice: folia Arbuto ſimilia
bet, ſed Myrti virentis foliorum ſapore: fructus Cordu-
nſibus oliuis maturis ſimiles, adſtringẽtis guſtus, & fau-
contrahentis. Iamboloins hiſtoria.

NVLLVM vſum in medicina obtinent, ſed eduntur
n Oriza cocta, nam appetentiam excitant. Eius vſus.

VVLGVS Iamboloins appellat.

DE

DE IANGOMAS.

Iangomas deſcriptio.

ALIVS eſt fructus Iangomas nuncupatus, Sc fere ſimilis colore, & immaturis prunis ſapore: quibu arborem ſimilẽ habet, (ſed ſpinis obſitã) & folia & flo

Natales.

NASCITVR cùm ſponte in agris, & ſiluis: ſe hortis etiam colitur.

Vſus.

FRVCTVS licet maturus digitis priùs emollien eſt, antequam edi poſſit: attamen adſtrictionem illã h medıocrem nequaquam adhuc deponit: eaq; de cauſa lius vſus eſt vbi adſtrictione opus habent.

DE MALIS INDICIS.

Malorũ Indicarũ hiſtoria.

MAGNA eſt arbor multis foliis & floribus prædit & copioſo fructu: folia minus rotunda ſunt mali foli tametſi ea æmulentur: supernè ſaturatè virent, infer candicant & pubeſcunt vti Saluiæ folia, guſtu adſtringe te: flores exigui, candidi, quinque foliolis conſtantes, in dori: fructus iuiubis ſeu zizyphis ſimiles, alij aliis maior & ſuauiores, nunquam verò tam probè matureſcentes cõſeruari queant, & in alias regiones transferri, vti Ziz pha; & perpetuò nonnihil adſtrictionis retinẽtes: vnde co ligitur minimè pectori vtiles eſſe, quemadmodũ zizypha

Earum nomenclatura.

HVIC arbori nomen eſt in Canara Bor, in Deca Ber, & in Malayo Vidaras, apud Luſitanos Mançana de la India, id eſt, mala Indica.

Præſtantia.

PRÆFERVNTVR fructus in Malaca nati Mala baricis: ſed iis adhuc præſtantiores quos Balagate profert

CONSPICITVR hæc arbor æſtate alatis formi cis perpetuò onuſta, quæ in ramis eius Laccam elaborant.

DE AMBARE.

Ambare deſcriptio.

CRASSA magnaq; eſt hæc arbor, foliaq; habet Iuglandis foliis magnitudine reſpondentia, ſed non eius for-

ma,

dilutiùs virentia, & multis venis elaborata, quæ illis
.. am gratiam addunt: flores exiguos candidos, fructus
.. andis nucis magnitudine dilutiùs virentes, & cortice
.. s illa leuiore: odoris grauis & guſtus acerbi dum ad-
.. virent, coloris verò flaui in maturis, gratioris odoris,
.. ſtus grata aciditate commendabilis, medullam con-
.. tes cartilaginoſam & duram, è duris neruis obliquè
.. textis conſtantem.

.. ANC arborem appellant Canarini Ambare, fru- Nomenclatura.
.. Ambares, Perſæ Ambereth, Turci Harb, Luſi-
.. Ambares, quemadmodum Canarini.

.. ROPTER fructus gratam aciditatem eum Om- Eius vſus.
.. ij ſeu agreſtæ loco cibis admiſcent: maturum ex ſale
.. eto edunt, excitat enim edendi appetitum. Indi ad-
.. s bilioſos humores vtilem eſſe perhibent.

.. ALE & aceto conditus diu conſeruari poteſt. Eius condiendi ratio.

DE DATVRA.

.. RIA ſunt huius plantæ genera, quorum quo fre- Daturæ tria genera.
.. iùs vtuntur, primo loco deſcribemus: eius enim adeò
.. ris eſt vſus, vt paucæ ſint meretrices, quæ inter ſua
.. a illud non recondant, ob eas quas poſtea ſubnecte-
.. auſas.

.. RIMVM Althea magnitudine caulem habet, nec Prioris deſcriptio.
.. dum illi diſsimilem, in plures tamen ramos diuiſum:
.. ùm magnitudine tum forma Stramoniæ foliis ſimi-
.. verùm magis in circuitu ſerrata, vti ferè Xanthij
.. nis Lampazos) folia: flores albos, Smilacis læuis
.. Hiſpani Correguela mayor, hoc eſt, Conuoluulum
.. em appellant) floribus omnino reſpondētes, fructum
.. oniæ, rotundum, nucem Iuglandem magnitudine
.. tem, viridi colore præditum, & ſpinis mollibus, mini-
.. ungentibus vndique ſeptum, plenum ſemine Lenti-
.. mili, eiuſdémque coloris, cordis humani effigie, guſtus
amari:

amari:radicem albam,raphani odore, quæq́;,ſi diu n
admoueatur, ſternutamenta ciet, cuius cortex n
amaricat,minùs tamen eo qui caulem & ramos am

Natales.

NASCITVR vmbroſis locis,& ſecundùm aq

Nomenclatura.

NOMEN huic plãtæ in Malabar eſt Vnmata
in Canara Datiro, apud Arabes Marana, apud
& Turcos Datula, apud Luſitanos Datura & la I
dora,hoc eſt,faceta.

Qualitas.

LITERATI plerique, atque etiam maxim
Medicorum iſtic degentium, legitimam Nucem
Arabum eſſe cenſent, frigidamq́; exceſſu tertio, &
ſecundi fine conſtituunt.

Facultates.

MALA inualuit cõſuetudo apud impudicas mu
vt huius ſeminis in puluerẽ triti dimidiã drachmã ex
aut alia quæ magis arridet materia, præbeant: mi
eũ hauſit,diu velut mente alienatus remanet,aut rid
eiulans, aut dormiẽs,plerumq; etiã alteri colloquens
ſpondens, vt interdũ etiam ſana mente præditũ eſſe c
tametſi mentis non ſit cõpos, neq; eũ agnoſcat, cũ qu
mones cõfert,& colloquij habiti planè ſit immemor,
quã ad ſe rediit. Sunt verò nõnullæ adeò exercitatæ
medicamẽto exhibẽdo,idq́; ſic tẽperare norũt,vt ad c
easq́; quot velint horas,quibus id propinant,mentẽ a
Multa ſanè eius rei exẽpla,quæ vel ego ipſe vidi,vel a
audiui, huc adducere poſſem; ſed cùm ad rẽ nihil fa
prætermittenda eſſe duxi:illud ſolũ addam, neminẽ,
mile ſumpſiſſet, necatum vnquã comperiſſe, tamet
nullos conſpexerim per aliquot dies perturbatos ferri
fortè acciderat ob immodicã quantitatẽ exhibitam:
fuerit nimia,interimit; quoniam hoc ſemẽ pernicioſ
litate non caret, licet gentiles ad prouocandas vrina
pipere & foliis Betele id exhibere ſoleant, & peruti
dicant. Ego verò nunquam obſeruaui, nec experiri
cùm alia medicamenta ad eam rem vtilia non deſint

P

ORRO ſi ad eorum, qui hoc ſemen hauſerũt, curam Vires variæ.
ētur Hiſpani medici, medicamenta vomitũ ciētia ex-
, vt, quidquid in vētriculo hæſit, reiiciant; acres deinde
eres iniiciũt ad euacuandũ, forteſq; ligaturas adhibent
uertendũ, tum etiam cucurbitulas adponunt, & ve-
cant. Gētiles verò medici & Chriſtiani indigenæ cùm
curbitulis & venæ ſectione abhorreant, nihil aliud
n vomitum prouocant, forteſq; ligaturas & fricatio-
dhibent; quæ ſi non ſufficiant, balnea ex aqua calida
cribunt ad eliciendũ ſudorem: porrò à vomitu vinum
inant, cui piper & cinamomũ admiſcent; in cibis verò
iciores ſunt Hiſpanis: namque euacuata materia gal-
s edendas præbent, & vinum dulce aut paſſum exhibēt.

ADICIS Daturæ drachma ex vino pota ſom-
profundum inducit, in quo varia inſomnia, & miræ
m facies obuerſantur.

EMINE verò per noctem in aceto macerato, dein-
actè trito, vtiliter illinuntur herpetes miliares & ery-
lata ſerpentia: nam breui ſanantur.

ELIQVA duo genera facie & fructu ſuperiori re- II. & III. deſcriptio.
ſpondent, ſed flores colore variant: etenim ſecundi flo-
licet forma priori ſint ſimiles, colore tamen flauo ſunt,
ecundùm pediculum nonnihil rubent: tertij flores hyoſ-
ni floribus magis accedunt. Ceterùm neutro ex poſtre-
duobus vtuntur, niſi ad necē inferendam. Nihilominus
en Brachmenes medici ex ſecundi ſemine (quod flori-
eſt flauis) catapotia faciunt, granorum piperis magni-
ne, magnæ ſanè efficaciæ ad ſiſtēda alui profluuia, qui-
adiuncta ſit febris ardens; atque etiam in dyſenteriis:
nt verò hunc in modum catapotia.

x ſeminis ſecundi generis drachmam vnam, piperis ni-
& longi, ſandali albi, atincar, radicum Biſa (adfertur
x Bengala & Patanne montibus) foliorum Bangue,
ulorum dimidiam drachmã: omnia iſta diligēter cum
aqua

aqua terunt in marmore, quo pictores ſuos colores t
ſolẽt, deinde catapotia efformant, è quibus exhibent q
tum commodum videtur.

Nux Methella eſt Stramoniæ fructus.

M E A *eſt cum aliis pleriſque opinio, vt nucẽ Me*
lam Stramoniæ fructum eſſe credam, qui per omnia ſi
lis eſt fructui Daturæ: atque ſi nonnihil ab eo differt, i
corum varietati adſcribendum cenſeo.

Tatula.

* Quantum ex Daturæ primæ deſcriptione colliger
cet, eadem eſt cum Turcorum, qui Cõſtantinopoli viu
Tatula, cuius vſus illis perquam familiaris eſt.

Nec abludere ab ea videtur illud Stramoniæ genus, c
ſemen Oeniponte ex Ser^mi Archiducis Ferdinandi
Viennam Auſtriæ primùm delatum & Nobilibus matr
anno 1583. communicatum, ſequente anno in multo
hortis natum eſt. Illius ſtirpis deſcriptionem atque icon
non incommodè huc inferri poſſe exiſtimaui.

Eſt autem vulgari Stramonia longè maius, quodq́ue
manam altitudinem nõ modò æquet, ſed etiam plerum
ſuperet: craſſos habet caules, nonnunquam brachiales, lę
diutiùs virentes, multis alis præditos, ad quas naſcũtur a
pla & viridia folia, maiora quàm in vulgari, magisq́ue
mata, vti ferè in nonnullis Atriplicis ſiluestris generi
præſertim eo quod vulgo pedem anſerinum appellant,
ampliora: flores in alis ſingulares, vulgaris floribus fo
& colore quidem ſimiles, ſed minores & ferè inodori: c
bus excuſſis ſuccedunt capita, non orbiculata, vt in vulg
ſed oblongiuſcula, maiorem nucem Iuglandem cũ ſuo
rimento æquantia, & quatuor ſulcis ſecundũ longitudir
quodammodo diuiſa, firmisq́ue aculeis modò longis, m
breuibus munita, quæ per maturitatẽ à ſummo in quat
partes dehiſcunt, & octonas cellulas oſtendunt, ſemine i
tiò rufeſcente, deinde nigro, planiuſculo, rugoſo plenas, q
facilè à vento excutitur, nõ autẽ pulpæ inhæret vt in vul
ri, ſed illo etiam minus eſt. Tota plãta grauiter ſpirat, & ſ
tulæ fœtidę, ſiue Xyridis vulgo creditæ, odorem æmulat

Floret æſtate, ſemẽ Autumno matureſcit. Auſtriacæ
biles Matronæ, *Schönapflen* appellant.

I

De BANGVE.

ANGVE ſimile ferè eſt Cannabi, cuius Dioſcorid. Bangue deſcriptio.
.meminit. Caulem habet quinque palmorum lõgitu-
quadrangulum, colore dilutiùs virente, fractu contu-
:m, nec adeò concauum, vt cannabinus caulis, cuius
x nõ minùs quàm illius in fila diduci poteſt: folia can-
ıa ſupernè virẽtia, infernè incana lanugine pubeſcen-
guſtu terreſtri & inſipido: ſemen cannabino minus,
e adeò candidum.
N D I ſemine & foliis veſcũntur, cùm vt validiores in Eius vtilitas.
nerea fiant, tum ad excitandam cibi appetentiam.
I T ex hoc Bangue compoſitio vulgaris admodum Compoſitio.
n iis regionibus, ad varios effectus: etenim magnates
ilitiæ præfecti, vt laborum obliti ſecuriùs & liberiùs
iant, ſeminis & foliorum in puluerem redactorum, Ad quid proſit.
tum videtur, ſumunt, illiq; addunt Arecam ſiue auel-
Indicam viridem, & opij nonnihil pro arbitrio: om-
ccharo excepta deuorant: ſi verò in ſomno varias re-
pecies ſibi obuerſari cupiunt, addunt ſelectiſſimam
phoram, Caryophyllos, Nucem moſchatam & Macis:
hilares eſſe volunt & faceti, & præſertim in vene-
procliuiores, ambaro & moſcho additis ſaccharo ex-
t, & electarium faciunt.
V L T I mihi affirmarunt, huius ſemen & folia ad
nem ciendam miræ eſſe efficaciæ: vnde colligere licet,
ffinitatis habere cum Cannabi, licet illi admodum
ſit, quandoquidẽ auctore Dioſcoride loco ſuprà di-
nnabis calida & ſicca eſt, & genituram exſtinguit.
I C I T V R Arabibus Axis; Perſis, Decan, & plu- Nomenclatura.
um aliarũ regionũ incolis Bãgue; Turcis Aſarath.
ed & hoc Bangue plurimam affinitatem habere vide-
n Turcorum Conſtantinopoli degentium Maſlac: quo Maſlac.
ios effectus vtuntur: nonnulli etiam veſcuntur exci-
veneris gratia.

DE HERBA VIVA.

Herbæ viuæ nomenclatura.

NONNVLLIS *Aſiæ locis plantaquædã inue vulgo* Herba viua *nuncupata, à circumforaneis ill* gues *appellatis*, Herba amoris, *ab Arabibus &* Suluc,*& à Perſis* Suluque.

Eius hiſtoria.

EXIGVAM *habet radicem, è qua ſupra terra liunt octo ramuli duos digitos lõgi, foliis vtrinq; in or digeſtis & inter ſe reſpondentibus onuſti, quæ pluri Erui tenella folia accedunt, nec diſsimilia ſunt foliis Polypodij, cuius iconem Lacuna exhibet lib.4.cap.1 longè tenuiora, & vtrinq. læuia, & grato virore ocul ſcentia, vti Tamarindorũ folia: è medio radicis capi liunt pedunculi (nam caule caret) quatuor, ſinguli florem ſuſtinentes flauum, aſpectu pulcherrimum, m bus Caryphy lleis ſimilem, ſed ſine odore.*

Natales

NASCITVR *calidis & humidis locis.*

Mira eius natura.

ADEO *mira eſt huius plãtulæ natura, vt eã hu ratio aſſequi nequeat. Nã cùm maximè viret, gratiſ eſt aſpectu, ſi quis illam apprehẽdere cupiat, ilico foli trahit, atque ſub tenues ramulos recondit; ſi verò a bendat, ſubitò adeò marcida conſpicitur, vt exſiccari ſed quod maiore admiratione dignũ eſt, ſi manũ retr ilico ſuũ nitorem recuperat, & toties marceſcit aut reſcit, quoties comprehẽ litur, aut manus ab ea retra*

MIHI *autẽ relatum eſt, Philoſophũ quendã in labar, dum nimis curioſè huius plãtæ naturã obſerua pit, amentem eſſe redditũ.* Plantã *ego conſpexi, eamq́ ſuo ceſpite, ipſam minimè contingens, erui, & in ho quendam transtuli, vbi permãſit; at fatuum minim*

Facultates.

INTERROGATI *à me nonnulli indigenæ m an aliquas huius plantæ facultates perſpectas haberen lamq́; in vſum medicum adhiberent, affirmarunt v eſſe ad virgines corruptas in integrum (ſi crederefa reſtituendas, & ad reconciliandum amorem mira eſſ*

æ. Gentilis medicus & pro ea regione ſatis doctus, cùm
cupidum cognoſcendi huius herbæ facultates conſpi-
t, ait, vnam ſe edocturum adeò compertã & certã, vt
icẽ pro pignore deponeret, niſi ſic ſe habere comperi-
. Nẽpe vt illi cuiuſpiã mulieris, qualiſcunq; etiã ſtatus,
en modò indicarẽ, ſe effecturũ vt illa in omnibus mihi
queretur, dummodo ex ipſius præſcripto herba vterer.
conditionẽ reſpui in re tam illicita. Nihil igitur aliud
diligentem inquiſitionem de hac planta intelligere po-
quàm apud Gẽtiles, præſertim verò Brachmenes (Ca-
nos & Iogues in magna æſtimatione eſſe.

QVODAM die mihi accidit plantas conquirenti non
ul à flumine Mangate, vt Gentilẽ quendã humi ſeden-
verba quædam obmurmurantẽ, tanquã oraret, fortè
hicerẽ; quem cùm cõpellaſſem, nihil reſpondit, ſed meo
preti, quem comitẽ duxeram, manu dumtaxat innuit:
ninẽ intelligens, celeriter ſe ſe inde proripuit, meq́; ſe-
e iuſſit, inquiens Gentilẽ illum incantatorẽ eſſe cuiuſ-
ius regionis Capitanei quẽ Caymal appellãt, & iſtic
s iacere ſupra Herbam viuam: id fieri ſolere repurgato
circa ipſam plantã ſolo ad hominis longitudinẽ, reci-
; quædã concepta verba, & exſpectari primam auem
ẽ animatam quæ iſtã plantam prætergrederetur dum
a obmurmuraret, cuius ſanguine (ſi comprehendi poſ-
erluenda eſſet, ſin minùs, alterius eiuſdem ſpeciei, idq́;
multis ceremoniis, quas prætermitto, cùm indigna
t ſcriptis mandentur. Conſpexi deinde iſtam plantam
m inter ſupellectilem mulieris proſtitutæ pudicitiæ.

Ea eſſe videtur quam Garcias libro Aromatum deſcri-
liis Polypodij, nullo nomine addito. Nec ei fortè abſi-
Aeſchynomene Apollodori, quæ appropinquante ma-
lia contrahat, vt refert Plin lib.24.cap.17.

DE HERBA MIMOSA.

LIA planta inuenitur in quibuſdam hortis quinque — Herbæ mimoſæ hiſtoria.
orũ longitudinis, & viciuis arbuſtis aut parietibus in-

 cumbens,

cumbẽs, tenui caule, elegãti virore prædito, nec admod tũdo, per interualla exiguis & pungẽtibus ſpinis obſito ſuperioribus haud abſimilib⁹, filicis feminæ foliis min

Natales. G A V D E T *humidis & petroſis: &* Herba mir *nuncupatur, quoniam manu admota ſeneſcit & ma cit, manu verò remota priſtinum virorem recipit, ſe adeò celeriter vti prior.*

Natura. N A T V R A M *habet plurimum ab Arbore triſti ferentem: nam ſingulis noctibus Sole occidente ſeneſc ſiccatur quodammodo, ſic vt contabuiſſe videatur: or verò Sole vigorem denuo recipit; quantoq́ue Sol magis uet, eo magis viret, totoq́ue die folia ad Solem conuerti*

Odor & ſapor. Vires. O D O R E *& ſapore eſt Glycyrrhizæ: vulgoq́ue a digenis folia manduntur aduerſus tuſſim, ad pectus re gandum, & vocem clariorem: renum etiam doloribus lis eſſe cenſetur, & recentia vulnera glutinat.*

Quibus cum plantis conueniat. * Multis notis hæc planta cõuenit cũ Fœnogræco ſilu Tragi, ſiue Polygalo Cordi, & Glycyrrhiza ſilueſtri Ge ri, cuius folia & radices deguſtata Glycyrrhizã ſapiunt: eius folia noctu interdum contrahuntur (quod in multi guminaceis plantis vſu venit) at ſpinis caret caulis, niſi ſpinis ſumere libeat tenues illas & mucronatas append ſedi foliorum alatorum inhærentes.

D E P I N E I S N V C L E I S M A L V C A N I

Pineorũ nucleorum deſcriptio. A L I T V R *in hortis quibuſdam Malabar, tum et in nonnullis ſiluis ſponte naſcitur Arbor magnitudine P cuius folia infernè diluto virore prædita ſunt, supernè tẽ ſaturo, admodum tenella & mollia, quæ guſtata v acria deprehenduntur, & linguam diu vellicant: fru triangularis, auellanæ magnitudine, interiùs in multa ceptacula diſtinctus, in quibus ſemen eſt album, ſolidu rotundum, pineo nucleo ſuo putamine exempto par.*

Eorum vſus. E O *fructu frequenter vtuntur Indi, cùm in cura quibuſdam morbis, tum etiam in ſuis nequitiis.*

B I N O S *eiuſmodi nucleos tenui membrana, quæ cõtegit, liberatos terũt, & clyſteribus vulgaribus admiſ*

adu

rſus Sciaticam, & vrinæ difficultatem: ſeu propinant gallinæ iuſculo ad educẽdos putridos, lentos, craſſóſq; igidos humores, & aſthmaticos curandos, aduerſus morbum plurimũ cõmendant, & frequenter vtun- Ex aqua tritis impetigines inunctæ, primùm tamẽ di- r confricatæ & abraſæ, probè & breui temporis ſpa- rantur: ſed admodum vrunt, vt experientia didici.

ᴍ ᴘʀᴏʙᴂ etiam mulieres illarum prouinciarum, aritis parũ aquæ, quatuor grana ſiue nucleos eden- ebent, vt eos interimant.

ʟɢᴏ appellatur hic fructus Piñones de Maluco, ,pinei nuclei Malucani, quòd iſtic frequẽtes ſint ar- hunc fructum ferẽtes, multuſq; & familiaris admo- t illius vſus in purgationibus: à Canarinis Gepalu. Fructus nomenclatura.

De charameis.

ᴠɪᴠs arboris duo ſunt genera: Vnum Meſpili am- ne, foliis Pyro ſimilib⁹, dilutè virẽtibus, fructu auel- mili, admodũ flauo, elegãter in multos angulos deſi- ſapore omphacij, & grata aciditate, quem vel im- um vel maturum vel ſale condiũ vulgariter edunt. Duo genera: Prioris deſcriptio.

ᴛᴇʀᴠᴍ genus eiuſdẽ eſt magnitudinis, foliaq; Malo minora, fructum verò priore maiorẽ, cuius de- ũ Santalis aduerſus febres vtũtur Canarini medici. Alterius hiſtoria.

ᴇsᴄɪᴛ in ſiluis & mõtibus procul à mari diſſitis. Natales.

rimi generis, quod ſecundùm aquas naſcitur, arbori- igunt Decanini & Canarini eam quæ lõgiùs à ma- huius radicis corticẽ (cui lacteus ſuccus ineſt) qua- gitorum longitudine ſumentes cum drachma ſinapi erunt, & aſthmaticis exhibent: valenter enim pur- aluũ & vomitum. Quòd ſi immodica ſubſequatur tio, Carãbolas fructum vnum viridẽ edũt, vel ace- rini hauſtũ ſumũt (quod nihil aliud eſt quàm aqua nis orizæ vno aut altero die reſeruata, donec aceſ- narinis aceti vices præbẽs, & medicũ vſum præſtãs) Prioris generis vſus.

&, ſi profluuium non ceſſat, ægris caput frigida ablu

MAGNVS eſt horũ Charameis vſus in illis pr
ciis; & ad orexim ciendã, edere ſolẽt immaturos, ma
ſalitos, vel ſale & aceto conditos, vt antè dixi; aut alii
liis, quibus aciditatem conciliare volunt, admiſcent.

Nomenclatura.

VOCANTVR in Canara, Decan, Arazaa
vulgo Charameis; Arabibus, Perſis & Turcis, Am

DE HERBA MALVCANA.

Herbæ Malucanæ hiſtoria.

DVORVM aut triũ cubitorum longitudinẽ a
rit hæc planta, nonnunquã etiam locis vberioribus &
midis, quinq; cubitos ſuperãs, eleganti virore prædita
le tenui, tenero, nõnihil cõcauo, imbecillo, &, niſi vti I
num pergulis ſuſtineatur, humi ſeſe diffundente, que
modum hedera; & multos ramos ſpargẽte, qui ſubin
dices agunt vt Mẽtha & Meliſſophyllon; adeoq; ſerpu
planta ſola, vel ramus tranſpoſitus, breui temporis
magnum locum occupet: folia habet tenella & moll
ambitu ſerrata, magnitudine & forma Sambuci fol
ſpondentia: florem croceum Chamæmeli flori admo
milem, paulo tamen maiorẽ. Toto anno viret & lux

Nomenclatura.

VVLGO nuncupatur Remedium pauperum, e
ſtructio Chirurgorum; Canarini Brungara aradu
pellant, id eſt, quæ flore eſt croceo.

Vſus.

FREQVENTER vtuntur cùm in Maluco (
primam originem traxiſſe creditur, quòd iſtic abun
ſcatur, & plurima admiſceatur Chirurgicis remedii
in omnibus Indiæ prouinciis, in quibus diligenter coli
in pretio habetur, nec iniuria.

Ex ea vnguẽtum mirè efficax.

COQVVNTVR huius plantæ folia in oleo, &
cera inſpiſſantur vnguenti modo: mirificè curat i
guentum omnis generis vlcera cùm recentia tum an
etiam ſi ſanguinolenta, ſordida, cuniculoſa, maligna e
trida ſint: miræ eſſe efficaciæ deprehendi in tibiarum
neribus inueteratis, & recentibus vulneribus.

[Al]IA eſt præterea huius ſtirpis vtendæ ratio. Eius Alia huius ſtirpis vtēdæ ratio.
[c]aulem & ramos ſuperiore cortice denudant, & ſu-
[m]embranā illam tenuem quæ media eſt inter exte-
[c]orticem & caulem, quæq; facilè, vti in cannabi, re-
[hun]t: eam oleo nucis Indicæ madentē, ipſius plantæ fo-
[inv]oluunt, & ſub cineribus calidis recondunt: vbi inca-
[luerit] & emollita fuerit, conterunt, & recentibus cruētisq;
[vulner]ibus imponunt, ſeu grandia ſint, ſeu minora: & pau-
[cis diebus] non ſine admiratione conglutinant abſq; vlla in-
[flamm]atione aut apoſtemate: lenit enim dolorem, ſangui-
[nis fl]uxum cohibet; breuiter, nullo alio medicamento ad-
[hibito o]mnino ad cicatricem perducit: ſingulare etiā perhi-
[bent] e remediū aduerſus neruorū punctiones & vulnera.

[E]ADEM præterea modo adhibetur in apoſtemate Vires variæ.
ad emundandum, carnem generandum, & ad cica-
[tricem pe]rducendum: item in inueteratis vlceribus & cuni-
, in quibus ea ſolummodo trita interdum apponitur.

[PO]RRO quoniam iſta remedia huius plantæ certiſſi-
[ma sun]t, vulgariter iis vtuntur in vniuerſis illis prouinciis,
[et mag]na habēt in æſtimatione: multi præterea alij, qui in-
[Indiam navi]gant, vnguentū ex hac herba cū oleo & cera cōfe-
[ctum s]ecū efferre ſolent, tantam fiduciam in eo collocan- Vnguentum omnia chirurgica remedia continere creditum.
[tes, q]uaſi omnia Chirurgica remedia apud ſe haberent:
[et q]uacunque occaſione, in qua chirurgorum opera re-
[quiri p]oſſet, ſubitò ad vnguentum ex herba Malucana
[confect]um confugiunt, tanquam indubitatum remedium.

De sargaço.

[In] celebri illa nec minùs metuenda nauigatione del
[Sarga]ço (ſic enim totū illud Oceani ſpaciū à decimo octa- Vbi Sargaço inuenitur.
[uo gra]du ad trigeſimū quartū ab æquinoctiali ad Septen-
[trionem t]endens, qui in Indias nauigāt, appellant) cōſpicitur
[ingē]dū & ſpatioſum æquor tectū herba quadā Sargua-
[ço n]upata, palmū lōga, tenuibus ramulis in glomos cō-
[tortis], foliis anguſtis, tenuibus, & dimidiam vnciam lon-

03398a

gis,in ambitu admodũ ſerratis,colore ſubrufo.guſtu in
do,ſiue inſenſibili mordicatione prædito,qui potiùs ex a
ſalſugine cõtractus,quàm ipſi plantæ innatus videatu
ſingulorũ foliorũ exortus inhæret ſemẽ rotundũ vti gra
piperis vani & vacui,tenui corallio albo, interdũ aut
rallio rubro & albo omnino elaboratũ , tenerũ admod
primùm ex aqua educitur,& durũ ſi exſiccari ſinatu
propter tenuitatẽ admodũ fragile,ſalſa aqua plenũ. N
radix in hac planta cõſpicitur,ſed ſola rupturæ veſtigi
parent , atq; in profundo arenoſcq; maris alueo naſci
nuesq; radices obtinere credibile eſt, tametſi nõnulli op
tur rapido aquarũ,quæ ex multis inſulis in Oceanũ inf
curſu iſtã herbam euelli & ſimul trahi. Cùm eam op
nem pertinaciter tueretur nauclerus illius nauis qua v
bar, ſubortaq; eſſet inter nauigandum hoc mare mal
quantũ acies oculorũ extẽdi potuit,id vndiq; iſta plãt
tectũ vidimus,demiſſisq; nõnullis iunioribus nautis qui
herbã à naui propellerẽt, aquãq; repurgarent, apertè
ſpeximus eius herbæ glomos ſimul implexos ex alto
emergentes, vbi demiſſa bolide nullius fundus tẽtari po

Eius plantæ præſtantia.

H Æ C *planta aceto & ſale condita eiuſdem ſapor*
cum Crithmo,ſiue fœniculo marino, & in eius penuri
mi poſſet , tum etiam Capparum loco à nauigantibus
Iuſſi illam recenter è mari ſumptam capris , quas in
vehebamus,obiici,& auidè ſanè veſcebantur.

Facultates.

N V L L A S *eius facultates comperi,ſed quidam è*
ſtris nautis vrinæ difficultate laborans, & arenulas cra
que humores eiiciens , crudam eam & coctam forte
quoniam illi bene ſaperet ; paucos poſt dies affirmauit
magnum ex illius eſu ſe ſentire commodum,ſecumq; d
lit,vt, peracta nauigatione,in continenti vteretur.

Lenticula Marina.

* Conſiderandum an non ſit Lenticula marina ſer
foliis noſtri Lobelij , cuius iconem inter marinas ſtirp
Obſeruationum calcem exhibet.

F I N I S.

C593
O77g